Geffcken. Stephano Byzantio capita duo

DE STEPHANO BYZANTIO CAPITA DUO.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
GOTTINGENSIS
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

JOHANNES GEFFCKEN
HAMBURGENSIS.

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA HUTHIANA
MDCCCLXXXVI.

HERMANNO SAUPPE

UDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORF

CAROLO DILTHEY

PIETATIS ERGO.

De Stephano Byzantio et Etymologico Magno.

Quot variorum scriptorum fragmenta, etiamsi singulorum desunt nomina, e Stephano Byzantio colligi possint luculenter compluribus exemplis demonstravit Niesius. Cuius vestigia secutus cum ad Alexandrum Polyhistorem, Stephani auctorem, accuratius cognoscendum studium converterem, nova mihi se obtulit quaestio de ethnicographi lacunis explendis habenda. Quem librum pessime habitum ab epitomatore tribus potissimum e fontibus, e Constantino Porphyrogenneta, ex Etymologico Magno, Eustathii ad Homerum et Dionysium Periegeten commentariis homines docti iam inde ab Holsteni, Berkeli, Th. de Pinedo aetate hic illic restituere studuerunt; qui deinde Stephani edendi munus susceperunt, Westermannus et Meinekius, nova addiderunt. Omnes vero mihi videntur peccasse in eo, quod certa quadam via ac ratione ad rem non sunt aggressi neque peculiare studium in Stephano explendo collocaverunt, sed ita egerunt, ut quodcunque augmentum fere ultro se offerebat reciperent vel breviter tantum in annotationibus tractarent[1]). Itaque quamvis recta via iamdudum pateret, tamen ingredi eam homines docti dubitaverunt. Neque equidem dubitaverim, si novus post Meinekii editionem prodibit quando Stephanus — id quod mox fortasse fiet — quin his ipsis quas dixi opibus auctus futurus sit. Taedii autem plena ut in

[1]) De Eustathii ad Stephani opes augendas usu haud pauca congessit Westermannus editionis suae p. XII—XV, quibus multa sane addi possunt. Valde autem mirum est, quod multa ex his Meinekius prorsus neglexit, nonnulla etiam Westermanni nomine omisso velut sua attulit.

Eustathii commentariis perscrutandis ita multo expeditioı est in Etymologico magno, quo quidem fonte largiore ı quam veteribus illis Stephani editoribus, velut Holstenio kelio aliis [2]), uti licet. Suscepi igitur Etymologici verbis m Stephani explere lacunas; neque tamen profiteor omnia proferri possunt me esse coacervaturum, verum id sequor silium, ut viam qua tali in quaestione progrediendum sit dammodo praemonstrem. Quam ad quaestionem accesssu omnino non fugit me quanta verser in difficultate, quippe unam tantum partem eamque exiguam tractaturus sim exiı illius quaestionis de Apollonii Rhodii scholiis habendae, ‹ nondum instituta est, sed certe institui debet, ut de illo f praestantissimo tandem aliquando recte iudicemus. Quaє pristinam formam, quantum quidem fieri potest, induant, solum Ori, Stephani auctoris, qui Sophocle commentatore ı est, ethnica, neque Et. M. tantum adhibenda, sed etiam Ve scholiastae advocandi sunt, qui cum haud raro faciant ‹ Stephano ex communi illo fonte hausisse existimandi s Quam late autem egregia illa scholiorum ad Argonautica ‹ trina patuerit, novo exemplo ex Ammiano petito docuisse ‹ stat Mommsenum [3]). Tale autem officium cum re vera e suscipiendum, tamen fines ipse mihi circumscripsi multo aı stiores sed eos, intra quos ad Stephanum augendum i. e. exemplaria eius amplificanda nonnihil possem conferre. N in universum eo tendit cura mea, ut multis locis Stephaı et Etymologicum non duos esse fontes sed unum efficere dem stretur, unde haud pauca testimonia, quae vulgo ab impeı

---

[2]) Quod etiam de Ritschelii libello: de Oro et Orione [op. I. ‹ ante Et. M. editionem Gaisfordianam scripto valet. Cf. Lentz: He I. praef. p. CCXIV.

[3]) Hermes XVI, p. 624. Ceterum has res cum exponeret Wilamoı in scholis academicis, de Stephano et Et. M. praecepit, non referre utı commentarii illi geographici, qui saepius apud utrumque ad verbum : concinant, e Stephano fonte an ex Apollonii scholiis ipsis in Etym.] venerint. Qua de re cum in universum consentiam, multis tamen ex pliš demonstrare studebo, Stephanum persaepe fuisse fontem. Acce quod totum opus Stephani magis idoneum fuit ad singula loca enotaı quam dispersa Apollonii scholia geographica.

habentur pro duobus, fore ut tandem aliquando coalescant in unum spero. Atque iam accedamus ad rem.

Tria autem locorum, quos tractandos mihi proposui, genera dividam. Quorum primum eos continet, qui ad verbum fere ab Etymologo e Stephano transscripti sunt, deinde eos qui ab eodem compilati sunt ita, ut saepius sententia eorum in universum tantum expressa sit. Alterum genus eorum est, quos Etymologus uberiores praebet quam Stephanus qui nunc est. Neque in his locis, id quod vel in primis spectari debet, desunt, qui cum multa vel nonnulla praebeant uberiora, tamen etiam ceteris rebus, quae in Stephano inveniuntur careant, ita ut Etymologici auctorem compilantem alia, recepisse alia, quibus non esse opus credebat, omisisse cognoscamus. Tertio deinde loco eos ponendos esse existimo, de quibus cum non omnia in aperto sint pluribus disputandum esse putaverim.

Transire igitur placeat ad primum ordinem, de quo ita agam, ut tria componam exempla, ubi Stephanum habemus ab Etymologo transscriptum, ceterorum deinde locorum, quos idem compilavit, nomina tantum indicem.

Exscriptum esse Stephanum haec docet compositio:

Stephanus Byz. ed. Mein.	E. M. ed. Gaisf. p. 437, 44.
῞Ηραια. ἄκρα οὕτω λεγομένη καταντικρὺ Καλχηδόνος. ταύτην δ᾽ ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἡερίαν φασί τινες, κακῶς. ἄλλοι δὲ Ἤριον μυθοποιοῦντες ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους χύτρας εὗρον καὶ ὀστᾶ. πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει ἐν τῷ δ[4]) *βιβλίῳ.*	*῾Ηραία. ἄκρα οὕτω λεγομένη καταντικρὺ Χαλκηδόνος. ταύτην* [codd. *αὐτὴν*] *δὲ ἐν τῇ συνηθείᾳ Ἡερίαν φασί, κακῶς. ἄλλοι δὲ Ἤριον μυθοποιοῦντες ὡς ἐκεῖσε ὀρύξαντες τάφους χύτρας εὗρον καὶ ὀστᾶ. πειστέον δὲ μᾶλλον τῷ Βιθυνῷ Δημοσθένει ἐν τῷ δ᾽ βιβλίῳ.*
ἔστι δέ[*τις*] *προπάροιθε κλυ-*	*ἔστι δέ*[*τις* [5])] *προπάροιθε*

4) Codic. lectionem *ιδ'* correxit Mein. ex E. M., ubi Gaisford ex Stephano mutavit *ιδ'*.

5) Fueritne *τις* in E. M. ex Gaisfordii apparatu critico vix potest colligi, sed quod uncis vocem inclusit, effici videtur ut non legerit, unde satis accurate Stephanum descriptum esse patet.

τῆς Καλχηδόνος ἄκρη | Ἥραια, τρυχοῦσα πολυσπιλάς· ἔνδοθε δ' αὐτῆς | λαΐνεον περὶ τεῖχος ἰὼν κοιλαίνεται εἴσω --- q. s. --- omissis versibus tert quarto.

Verba deinde ordine paullo alio collocant ceterum ean sententiam exhibent haec:

Steph. (cf. Mein. ann.)

Βουθρωτός, νῆσος περὶ Κέρκυραν. ἔστι καὶ πόλις. ἐκλήθη δ' οἱ μέν φασιν ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ, οἱ δὲ μυθεύονται ὅτι „Ἑλένῳ ἐκ Τροίης πλώοντι ἐπ' ἑσπέρην, θύσαντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ· [*τὸ θῦμα* seclusit Mein.] *ἡ βοῦς ἀποδρᾶσα ἐκ τοῦ βουπλῆγος ᾤχετο φεύγουσα διὰ τοῦ μεταξὺ πόντου ἐς τὸν κόλπον καὶ ἐς τὴν χέρσον ἐμβᾶσα (καὶ γὰρ τρῶμα ἐν τῇ δειρῇ εἶχεν) αὐτοῦ ἤριπε καὶ ἔθανε καὶ κλεηδόνι ὁ Ἕλενος χρέεται ἵνα ἔθηκε*[6]) *Βουτρωτὸν οὔνομα“. ὥς φησι Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. τὸ ἐθνικὸν Βουθρώτιος. Λέπιδος δέ φησι διὰ τοῦ τ Βουτρώτιος.*

6 corr. *θύοντί τε.* 8 Mein. dubitanter *ὑπέκ.* 11 *ἐκβᾶσα* corrigit Wilam. 14 deesse aliquam urbis conditae mentionem monet Wilamowitz.

E. M. p. 210, 21 Gaisf

Βουτρωτὸς ἢ Βουθρω
πόλις τῆς Ἠπείρου, ὥς
Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. ὅτι
νου ἐκ τῆς πατρίδος εἰς
Ἤπειρον παραγενομένου θ
τος δὲ [cod. V et Milleri
ἀποβατήρια [codd. *ἐπιβατή*
ἡ βοῦς οὐ καιρίαν λαβοῦσα π
γὴν [sic. V. ceteri *τομὴν*] *φε*
καὶ κόλπον τινὰ τῆς Ἠπει
διανηξαμένη εἰς γῆν ἐξέρχ
καὶ καταπεσοῦσα ἀπέθανεν
δὲ Ἕλενος συμβόλῳ θείῳ χ
σάμενος κτίζει πόλιν. καὶ
τοῦ συμβάντος Βουτρωτὸν
τὴν ὠνόμασε. τὸ ἐθνικὸν Β
θρώτιος[7]).

---

[6]) Coniecit Meineke: *χρεύμενος κτίζει πόλιν τῇ ἔθηκε* nimis sane lenter *ἵνα* vocis vi omnino infracta.

[7]) Cf. schol. vet. ad Aen. III, 293. Helenus, filius Priami, cum E rum sacrificaturus applicasset, bos vulneratus manus ministrantis eva et in eo loco, ubi bos cecidit urbem ex responso constituit, quan vulnere bovis Buthrotum appellavit. posita est autem in saxo quod m cingitur, in quo fons huius naturae esse perhibetur, ut cum mare quiet fuerit, crescat, cum vero fluctibus attollatur, decrescat.

Paucis deinde verbis exceptis in utroque concinunt:

Steph. (cf. Mein. ann.).	E. M. 447, 33.
Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας, ἥτις [ἄρα] ἐκαλεῖτο Ἁλία, Κασάνδρου κτίσμα. . . ἢ ὅτι Φίλιππος τοῦ Ἀμύντου ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας οὕτως ἐκάλεσε. Λούκιος[8]) *δὲ ὁ Ταρραῖος περὶ Θεσσαλονίκης βιβλίον ἔγραψεν, ὅς φησιν ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ — Ἰάσονος γὰρ ἦν ἀδελφιδῆ — ἔγημε, καὶ τεκοῦσα τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην, ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ παιδίου Νικασίπολις ἐκέκλητο. Στράβων δὲ Θεσσαλονίκειαν αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Θεσσαλονικεύς.*	*Θεσσαλονίκη, πόλις Μακεδονίας. ἥτις Ἁλία ἐκαλεῖτο. Κασάνδρου κτίσμα. ἢ ὅτι Φίλιππος ἐκεῖ Θετταλοὺς νικήσας οὕτως ἐκάλεσεν. ἢ ὅτι Φίλιππος θεασάμενος κόρην εὐπρεπῆ ἔγημε καὶ τεκοῦσα τῇ εἰκοστῇ ἡμέρᾳ τῆς λοχείας τέθνηκεν. ἀναλαβὼν οὖν ὁ Φίλιππος τὸ παιδίον ἔδωκε Νίκῃ τρέφειν καὶ ἐκάλεσε Θεσσαλονίκην. ἡ γὰρ μήτηρ τοῦ παιδίου Νικασίπολις ἐκέκλητο. Στράβων δὲ Θεσσαλονίκειαν αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Θεσσαλονικεύς.*
2 *ἄρα* quod sensu caret delendum est. 4 corr. *ὁ Ἀμύντου.*	

Lacunam apud Stephanum post verba *Κασάνδρου κτίσμα* intercedere demonstravit Meineke [p. 311]. Quam cum apud Etymologum eandem inveniamus videtur statuendum esse, aut unum alterumve ex diversis Etymologici scriptoribus Stephani exemplari usum esse iam conciso, ita ut res eadem sit atque in Eustathio, aut Stephanum iam pridem hic illic fuisse lacunosum. Atque altera quidem coniectura ideo verior videtur esse, quod eis locis, ubi Stephanum habemus et plenum et in brevius contractum [*Δύμη—Ἰβηρίαι* cf. Westermanni edit. pag. IX. X] Etymologus Stephano uberiore videtur usus esse [cf. v. *Δωδωναῖος*].

---

[8]) Cf. Müller frg. h. IV, 440.

Quibus expositis cum vix ulla possit esse dubitatio, qu Stephanum ab Etymologo adhibitum esse statuamus iam ord nem secuti eos locos nomine tantum indicabo, ubi Stephan in universum compilatus est.

Ἄγκυρα[9]). Αἰθάλη. Αἰξωνεία cf. E. M. s. v. Αἰξωνεύεσθ Ἄκη. Ἀρέθουσα. Prior autem in cod. Voss. litterarum serie quam dixit Gaisford Va, multa debet Stephano sub vv. Ἁλία τος[10]). Ἁλικαρνασσός. Ἁλίκυρνα. Ἄλινδα. Ἀλίμαλα. Ἀλί δοια. Ἀλίσαρνα. Ἀλίφηρα. Ἀλλαλία. Ἀλλάντη. Ἀλλαρί Ἀλμήνη. Ἀλλόβρυγες. Ἄλμων. Ἀλμωπία. deinde s. v. Ἄλ [p. 70, 8] Ἄλπεια. Ἄλπηνος. Ἄλπων. Ἄλτος. Ἀλύαττ Ἀλύβας. Ἀλύβη Ἀλύζεια. Ἄλυκος. Ἀλύχμη. Ἀλώιο Ἁλώνη. Ἀλωνίς. Ἀλωπεκή. Ἀλωπεκία. Ἀλωπεκόννησος[11] Ἄλωρος [ubi vox γυνή accedit] tum vv. Ἀμαδόκοι. Ἀμαζόνιο Ἀμάθη. Ἀμάμασσος. Ἄμανον. Ἄμαξα. Ἀμαξάντεια. Ἀμα ξία [codd. Ἀμάξεια]. Ἀμαξιτός. Ἀμάρυνθος. Ἀμάσεια. Ἄμ βασον [codd. Ἄμβαιον]. Ἄμβλαδα. Ἀμβρακία [ubi cum Et. M scripserim: εὕρηται καὶ διὰ τοῦ π ἀντὶ τοῦ β ὅθεν καὶ τ Ἀμπρακιώτης. ἀπὸ δὲ τῆς Ἄμπρακος γενικῆς Ἀμπρακία Ἀμέριον. Ἄμιλος [quae vox fluxit ex Stephani vocibus Ἄμιλο et Ἄμισος in unam conflatis]. Ἀμμωνία. Ἀμόριον. (Meinek coniectura Κοτιαεύς pro codicum lectione Νοτιαεύς Etymologic confirmatur) Ἄμπελος. Ἀμύκλαι. p. 87, 9: Ἄμυρος. Ἀμ φαναί. Ἄμφεια. Ἀμφιγένεια. Ἀμφίδολοι. Ἀμφίκαια. Ἀμ φίλοχοι. Ἀμφίπολις. Ἄμφισσα. Ἀμφιτροπή [codd. Ἀμφί τροπος]. Ἄμφρυσος. p. 96, 9 sqq. Ἀνάζαρβα. Ἀναία. Ἀνα καία. Ἀνακτόριον. Ἀνδανία. Ἄνδειρα. Ἄνδρος. Ἀνεμώρεια Ἀνητοῦσσα. Ἀνθάνα [cod. R. Steph. Ἀνθάνα (η η), Voss. Ἀνθήνη E. M. Ἀνθώνη]. Ἄνθεια. Ἀνθεμοῦς [E. M. Ἄνθεμις]. Ἀν θηδών (υ). Ἀνθήλη [cod. Rehd. Ἀνθήλη. E. M. Ἀνθήνη]. Ἄν θιον. Ἄνθυλλα. Ἄννα. Ἀνταιούπολις. Ἄντανδρος. Ἄντει [E. M. sub finem Ἀνιεύς pro Σουνιεύς]. Ἄντισσα. Ἄνυσις

---

[9]) Cf. Gaisf. p. 184, 36 ann. Locus in Etymol. valde turbatus est.

[10]) Cf. Gaisf. 63 infra.

[11]) Cf. Cramer A. O. I, p. 80.

Ἄνωλος. p. 115, 40: *Ἀξία*. *Ἄξος*. p. 116, 12: *Ἄονες*. p. 117, 45: *Ἀπαισσός*. *Ἀπάμεια*. *Ἀπάτουρον*. *Ἀπέννιον*. *Ἀπίολα*. *Ἀπόδωτοι* [perperam codd. *Ἀπόβρωτοι*]. *Ἀπολλωνία* (quae vox conflata est ex Stephano: *Ἀπολλωνία*, *Ἀπολλωνιεῖς*, *Ἀπόλλωνος πόλις*. sub finem addendum est apud Stephanum *Ἀπολλωνοπολίτης* [*ὡς Κωνσταντινουπολίτης καὶ Ἀδριανουπολίτης*]). *Ἄπρος*. *Ἄπτερα*. Sequitur:

Βορυσθένης, quae vox vel in primis e Stephano pendet[12]). *Βόστρα*. *Βούβαστος*. *Βουβών*[13]), ubi ea tantum quae leguntur inde a pag. 207, 2—4 pendent e Stephano. *Βουθία*. *Βουθόη*. *Βουπράσιον*. *Βρεντήσιον*. *Γέλα*. *Γόργυρος*. *Διδύμη*. *Ἐρύθεια*. *Ἔρυξ*. *Ἐρύμανθος* [Et. Gud. p. 210]. *Εἰνατία*. 302, 13: *Ἐλαιοῦς*. *Ἐχελίδαι* [E. M. *Ἔχελος* cf. Berkeli ad Steph. vocem ann.]. *Ἰόπη*. *Κάναστραν*. *Κύτα*. *Λαμία*[14]). *Μασσαλία* (cf. Eust. Dion. v. 75). *Μεταπόντιον*[15]). *Λάμψακος* = E. M. *Πιτύεια*. cf. schol. Ap. Rh. *Α* 933. Il. *Β* 829 [quae cum Stephano collata Epaphroditi indicant doctrinam. cf. Luentzner: Epaphroditi grammatica quae supersunt p. 34]. *Μυκαλησσός*. *Ναύπακτος*. *Ὀρέσται* cf. Miller Mél. p. 227. *Πάριον* (ibid. p. 237). *Πισιδία* et *Σόλυμοι* = E. M. *Σόλυμοι*. *Σηταῖον* ubi Milleri codex non *ἀνεκολόπισαν* sed Stephanum secutus *ἀνεσταύρωσαν* exhibet. *Ταρσός* [E. Gud. p. 523], *Τεύμησσος* = E. M. *τευμήσατο*. *Τύφρηστος*. *Ὑλλεῖς*, nisi quod vitio quodam E. M. habet *ἔθνος Κελτικόν*. Stephanum certe ex uberiore in Apollonium scholio hausisse collatum docet schol. ad Ap. IV, 524. *Κραννών* sub finem = E. M. *Φλεγύαι* cf. Berkel. s. h. v. *Χαλάστρα*. Contra Etymologi autem scripturam *νίτρον* (cf. etiam Mill. l. l. p. 306) cum Meinekio scribendum esse putaverim *λίτρον*, qua quidem vocis forma Hecataeus, cuius verba supra leguntur, videtur usus esse. cf. Herod. 2, 86. 87.

---

[12]) Nescio an verba E. M. s. h. v: *Ὁ καλούμενος Δάνουβις*, quamvis vitiosa sint, fuerint olim in Stephano. Linea 8 *ἕλεος* mutandum est in *ἕλος*.

[13]) Cf. Mill. Mél. p. 68.

[14]) Legendum est *Λάμου* pro *Λαμίου*.

[15]) Quae de Metabo apud Stephanum exposita sunt consentiunt cum scholio vetusto in Aen. XI, 540 ita, ut utrumque ex communi fonte fluxisse iure dixeris.

Χρυσόπολις. Accedunt deinde ad has lexici Gaisfordiani co ea, quae in Crameri Anecdotis Parisinis (vol. IV) investigavi His enim sub vocibus Stephanum habemus excerptum: p. *Ἀγαθία.* p. 99 *Αἰανή.* p. 100 *Αἴβουρα.* p. 101 *Αἰσ* p. 105 *Ἀκράγαντος.* p. 108 *Ἀλάβαστρα. Ἀλάβανδα.*

Hos habui quos afferrem locos, quorum numerus au fortasse potest sed nullo inde usu redundante; iam tra placeat ad eas voces, quae cum hic illic apud Etymolo inveniantur uberiores ad Stephanum augendum permultum ciunt. Est autem, ut supra iam dixi, horum locorum dup conditio: inveniuntur enim eique pauci, qui in universum pl praebeant quam ethnicographus, deinde etiam sunt, qui mu exhibeant uberiora sed haud pauca in brevius contraxerint prorsus omiserint. Utriusque igitur generis exempla affer quo facto singulas Stephani voces et ea testimonia, quae Etymologico aucta adhuc non esse video, ordine compon novis illis quae accedunt additamentis integriora reddita. Mu autem cum Berkelius, Holstenius, alii iam animadverteri neque tamen, litterarum copiis ut erant destituti, totam r penitus cognoverint, ipse haud pauca me prolaturum esse no confido.

Ac primum quidem, ut supra feci, tria componam exemp ubi Etymologus in universum plura quam Stephanus praeb perspiciatur.

Stephanus (cf. Berkel. et Holsten.)	E. M. cf. Mill. p. 68.
Ἔλουροι, Σκυθικὸν ἔθνος, περὶ ὧν Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιβ'.	*Ἔλουρος*[16]) · *εὐθεῖα. „ἀ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κ κληνται". Δέξιππος ἐν δ δεκάτῳ Χρονικῶν. [καὶ γρ φεται διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. τὸ ζῷον δίφθογγον].*

Quam ad testimoniorum similitudinem accedit etiam qu cum Dexippi *Χρονικά* compluries laudentur a Stephano, Et

16) Non enotavit Etymologi testimonium Müll. fr. III, 672. 8.

nologici nullo nisi hoc loco eiusdem scriptoris adhibeatur estimonium, ita ut alterum ex altero fluxisse in manifesto sit. Atque hoc ipsum quidem haud paucis de locis valere infra am videbimus, ubi insignem teneat locum vox

Stephanus [cf. Berkel.].	E. M.
Αρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ. τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεὺς ὡς Μύλασα Μυλασεὺς Πηγασεύς.	*Ἅρπασος*[17]*) ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. εἴρηται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ* [Mill. Mél. p. 45: *αὐτόν*]. *οὕτως ἱστορεῖ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν.*

Et hoc loco pro se ipsa res testatur, nam Apollonius ille erum Caricarum scriptor, de quo infra accuratius quaeram, ullo omnino veterum scriptorum loco commemoratur nisi Etyologici hoc uno et multis Stephani, qui etiam huius vocis uctor fuisse existimandus est.

Tertium addam:

Steph.	E. M. p. 75, 9. Va.
Ἀμνισός, ποταμὸς Κρήτης. ἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες αἱ Ἀμνισίδες.	*Ἀμνισός, ποταμὸς Κρήτης. αἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες καὶ Ἀμνισίδες. Τὰ εἰς ος τρισύλλαβα ἐπὶ ποταμοῦ ὀξύτονα, εἰ μὲν καθαρὰ διὰ τῆς ει διφθόγγου, οἷον Ἀλφειός, Πηνειός, Σπερχειός, εἰ δὲ μὴ καθαρὰ διὰ τοῦ ι, οἷον Ἀμνισός, Κηφισός, Ἰλισσός. πρόσκειται ὀξύτονα, διὰ τὸ Μήνιος. τὸ δὲ Δαρδάνιος ὄνομα ποταμοῦ. εἰ καὶ ὑπὲρ τρεῖς συλλαβάς ἐστιν ἀλλ᾽ οὖν ὀξυνόμενον ἠκολούθησε τῷ*

---

[17]) Recte emendavit Mill. l. l. p. 45 *Ἅρπασος* pro *Ἅρπαλος*, quod ribit Gaisford.

Ἀλφειός. πρόσκειται τρι
λαβα διὰ τὸ Σαγγάριος.

Iam unum, ut in itinere pergam instituto, afferam lc
qui pro omnibus qui secuntur exemplo sit, hic illic et p
et pauciora quam quae in Stephano inveniuntur exhibere
mologum:

Steph. cf. Berkel.

Δαμασκός[18]), πόλις Συρίας, μεσόγειος, ὕπερθε Φοινίκης, παρὰ τὸν Βαρδίνην ποταμόν. ὠνομάσθη δὲ ὅτι εἷς τῶν Γιγάντων Ἀσκὸς ὄνομα ἅμα Λυκούργῳ δήσας τὸν Διόνυσον ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμόν, ὃν λύσας Ἑρμῆς τὸν Ἀσκὸν τοῦ δέρματος ἐγύμνωσεν ὅθεν πρὸς οἶνον ἐπιτήδειον τὸ δέρμα. quae secuntur desiderantur in E. M.

E. M.

Δαμασκός, πόλις Συ παρὰ τὸν Ἀντιλίβανον. ε ται, ὅτι Δαμᾶς στρατεύων Διονύσου ἐκεῖσε σκηνὴν π μενος ἱδρύσατο ἐκεῖ Συρίας ξόανον. ἡ οὖν Δαμᾶ σ Δαμασκός. ἢ ὅτι Ἀσκὸς τῶν γιγάντων, ὃς μετὰ Λυκ γου τὸν Διόνυσον ἔδησε καὶ ποταμὸν ἐνέβαλεν [cf. Gaisfo in ann. 22 codicis V lectio cum Stephani verbis pa melius consentientem]. ἐ νεύθη δὲ ὑπὸ Ἑρμοῦ Ἀσ καὶ ἐξεδάρη [codd. secu Gaisf.: καὶ ἀσκὸς ἐξεδάρη] ἐκεῖ ἐτάφη. καὶ ἐκ τοῦ ταφ τος ἡ πόλις ἐκλήθη. καὶ οἰνοδόχα δὲ δέρματα ἀσκ καλοῦσι.

Quae in universum sufficere mihi videntur unde demc
stretur ab hominibus doctis ad Stephani verba confirman
Etymologum iniuria adhibitum esse, cum ita potius res es

---

[18]) Cf. Damascium apud Phot. bibl. p. 348 a. 18 Bekk.

agenda, ut ex duobus testimoniis conflaretur unum scriptoris eiusdem. Quod munus quantum efficere possum explere iam conabor, cum ea quae ex E. M. accedunt uncis inclusa addam explicationibus nonnisi necessariis adscriptis. Ordinem autem servabo litterarum eo consilio, quo facilius ea, quae ad editionis quodammodo locupletioris speciem componam, inveniri possint.

[*Ἄθριβις*] *πόλις Αἰγύπτου.* [*γράφεται δὲ καὶ Ἄθλιβις, ἧς*] *ὁ πολιτ. Ἀθλ. Νικάνωρ ..... Ἄθριβις. οὕτως κ. Στρ.* [*τοῦ δέλτα, τῆς νησουμένης Αἰγύπτου ἐστὶ κεφαλή, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχομένων ⟨τῷ⟩ Νείλῳ καθισταμένων*[19]). *ὅθεν τὸν νομὸν Ἀθριβίτην προςηγόρευσαν, ὅπερ εἴ τις Ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι λέξαι πλὴν καρδίαν. Ἀπίων. οὕτως Ὧρος*] (codd. *Ὠρίων*).

Evenit autem, id quod supra iam animadvertimus et infra multis perspiciemus locis, ut Nicanoris hoc tantum loco fiat in Etymologico mentio, multis in Stephano.

Ἄθως[20]) *ὄρος Θράκης ἀπὸ Ἄθω γίγαντος* (cf. schol. Ξ, 229 BLV. E. M. p. 26, 18 ann. cod. Va.) .... *βάλλει δὲ ... τριακοσίους. εἴρηται δὲ καὶ Ἀθόως* [Mein. *Ἄθοος* sed confeeras Eust. p. 982, 50. 51] *ὡς τὸ Κῶς Κόως* (cf. Mein. ann. 10) *λέγεται καὶ .... Ἄθως* (cf. Va). *ἡ κλίσις .... ἐνοικοῦντας* [*τὸ θηλυκὸν Ἀθωίαν Ἥραν.* Va] *τὸ δὲ δηλοῦν .... καὶ γράφεται* cf. E. M. 26, 42] *διὰ τοῦ ι .... θφῆς* [cf. E. M. 26, 24. Arcad. 87, 12]. Atque haec quidem omnia aliena esse ab Herodiani doctrina et praeceptis ac longe a vero aberrasse Lentzium I, 128 apparet ex Eustathii verbis p. 358, 43[21]). *Ἀθῷος μὲν γὰρ κατά τινας προπερισπωμένως ὁ ἀζήμιος.*

---

[19]) Locum valde turbatum restituere studuit Ritschl [de Oro et Orione p. I, p. 642. 643.] Verba priora *τοῦ Δ. — κεφαλή* recepi, quid vero sibi velint proxima: *ἐκεῖ τὸ καρδίας σχῆμα παρεχομένων τῶν Νείλῳ μεθυσκομένων* vix intellego. Quae ipse scripsi, Wilamowitzii debeo consilio. Recte ii nomen restituit Ritschl.

[20]) Similia atque schol. Ξ, 229 BLV praebet schol. Ap. Rh. I, 601. Ceterum quae leguntur in scholio homerico de *παροιμίᾳ* illa: *Ἄθως καλύπτει νῶτα* (codd.: *ὦτα*) *Λημνίας βοός* accuratius exhibet E. M. 26, 16, quod sine dubio scholio usum est uberiore.

[21]) Perperam Lentzius p. 538.

Ζεὺς δὲ Ἄθωος προπαροξυτόνως ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος φασιν, ἔστι καὶ Ἀθώιον ... εἰπεῖν ... κατὰ μέντοι ἑτέρ ων ἐστὶ καὶ Ἡρωδιανός, ἀνάπαλιν ὁ μὲν παρὰ τὸν Ἄ Ζεὺς Ἀθῷος προπερισπασθήσεται [quae quidem pr repugnant Stephani verbis] *κατὰ τὸ ἥρως ἡρῷος, Μίνως νῷος, γάλως γαλῷος. τὸ δὲ ἕτερον προπαροξυνθήσεται* . Similia leguntur in E. M. 26, 38—46.

Facile autem cognoscitur fieri vix posse, ut ex Etymolo et Eustathio plenum refingamus Stephanum, sed unum vid mihi constare ethnicographum pluribus quam quae nunc le tur de voce *ἀθῷος* disputasse neque omnino tacuisse de r nibus suis quibus ductus Herodiani doctrinae oblocutus Herodiani enim testimonium a Stephano omissum esse non quod credamus.

Αἰγαί ..... καὶ οὕτως Αἰγαιάτης [codd. St. *Αἰγεά* [*καὶ Αἰγαῖον πέλαγος. καὶ ἡ σελήνη οὕτω καλεῖται καὶ ὁ Ἀσ πιός*]. Supplevi vocem ex Et. Paris. Cram. A. P. IV p.

Ἄμαστρις cf. Meinekii emendationem. alia leguntu E. M. Milleri. Mél. p. 27.

Ἀμοργός, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων..... τὸ δὲ Ἀμ γῖνος χιτὼν χρώματος ἴδιον [*παρὰ τὴν ἀμόργην ὁμοίαν οὐ βύσσῳ*] restitui ex Va. p. 75, 9 Gaisf.

Ἄμος, πόλις Καρίας — Καύνιος [*οὕτως Χάραξ*] p. 75, 9. Va.

Ἀνδανία (E. M. *Ἀνδάνεια*. Mein.: *Ἀνδανία*) *πόλις* [*ἡ Μεσσήνης, ὁμώνυμ. ... χώρᾳ* [*ἡ πρότερον Οἰχαλία καλουμένη*]

Quae sequitur nominis a verbo *ἀνδάνειν* derivatio eadem in utroque lexico.

Ἀονία, ἡ Βοιωτία. ἐπειδὴ ἡ βοῦς ἀγαγοῦσα Κάδμον ἐκεῖνα τὰ μέρη ἀνακλιθεῖσα ἀπέθανεν.

Vocem reddidi Stephano, apud quem videtur excidisse, Va verbis, quae fere ubique cum ethnicographo consentiunt cf. Mill. Mél. 37.

---

[28]) Una tantum sub voce, id quod valde memorabile est, res pa aliter se habet. Stephani enim s. v. *Ἀντρών*. verba recte et ex eis, qu

'Ἀρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος .... γαμεῖ Ἀρίσβην. [Λυκόφρων· Γήμας Ἀρίσβην Κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην] cf. Mill. p. 43.

Ἀσία.... „Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι" [ἐκλήθη οὖν Ἀσίας ὁ λειμὼν ἀπὸ Ἀσίου τοῦ Κότυος, ὃς ἦν βασιλεὺς Λυδίας]....

Verba quae deinde secuntur: καὶ ἰωνικῶς Ἀσίεω καὶ Ἀσίω· ὡς εὐμμελίω ex E. M. integra exhibere non ausim, quod multa ibi bis et certo ordine carentia leguntur, sed fluxisse ea ex Stephano vel ex eiusdem fonte ubi primum perlustraveris cognosces. Ori autem haec praecepta esse collatum docet schol. *B*, 461 D, quod sane olim uberius fuit[23]). cf. Lentz. Her. praef. CLIV.

Velim deinde conferantur Stephani s. v. Ἀτρία verba cum Etymologo, qui cum nova vix afferat tamen non tanta brevitate quanta ethnicographus de eadem re agit his:

Ἀτρία· π. Τ. ἱστορεῖται δὲ ὑπὸ Διομήδους κτισθῆναι καὶ ὀνομασθῆναι Αἰθρία. ὅτι ἐπιστάντος αὐτοῦ τῷ τόπῳ χειμῶνος ντος συνέβη αἰθρίαν γενέσθαι. οἱ δὲ [suppleri potest e St.: βάρβαροι] παραφθείραντες τὸ ὄνομα Ἀτρίαν αὐτὴν ὠνόμασαν.

Cum Stephani deinde verbis quae leguntur s. v. Αὐλών conferenda sunt paullo uberiora, quae extant apud E. M. 170, 8:

Αὐλωνία, πόλις ὑπὸ Κροτωνιατῶν κτισθεῖσα, καὶ ἀπὸ τῶν προκειμένων αὐλώνων ἔχουσα τὸ ὄνομα· ὕστερον δὲ τῷ χρόνῳ Καυλωνία ἐκλήθη.

Βιβλίνη, χώρα Θράκης. ἀπὸ ταύτης ... οἶνος. οἱ δὲ

---

v. Ἀγκών „male sedula manus" intulit et ex Eustathii comm. ad Hom. 324, 37 Meinekius restituit. Unde cum Ἀντρώνιος ὄνος non asinum magnum sed lapidem molarem Stephanum dixisse appareat, alia etiam reperitur proverbii interpretatio, scholio ad Il. *B* 697 AD, Et. Magno Diogeniano cent. 1, 26, Apost II, 90 servata, ubi Ἀντρώνιος ὄνος ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ ἀγρίων καὶ ἀνενεργήτων usurpatum esse elucet. Duarum igitur interpretationum Etymologus alteram a Stephano diversam sequitur. Locorum copia non suppetebat Warnkrossio: De paroemiographis capita II. 32. ann. 59.

[23]) Stephani locum Lentzius collato schol. *B* 461 BDLV vindicat Herodiano [cf. praef. p. CLV], Etymologici autem verba multo magis conciunt cum schol. *B* 461 D antecedente, cui adscriptum est : οὕτως Ὧρος τῇ ὀρθογραφίᾳ, quo scripto usum esse Stephanum docet vox Ταίναρος.

ἀπὸ [Βιβλίνης[24]) οὕτω καλουμένης Θρᾳκίας] ἀμπέλου. διὰ τὸ εὔφορος εἶναι ἐν Ἑλλάδι μετετέθη καὶ ἐν Σικελί Πόλλιδος τοῦ Σικυωνίου τυράννου. ἔνθεν αὐτήν τινες καὶ λιον καλοῦσιν. Ἐπίχαρμος δὲ ἀπὸ Βιβλίνων ὀρῶν τῆς Θ ἔνθα φύεται, λελέχθαι αὐτὴν οἴεται] Σῆμος δ' ὁ Δήλι τῇ ἕκτῃ τῆς Δηλιάδος ἐν Νάξῳ φησὶ ποταμὸν Βιβλίνην. καλοῦσιν οἶνον βίβλινον διὰ τὰς [ἐκεῖ insero] πεφυκυίας λους. Διὰ δὲ τοῦ μ γράφονται τὸν ποταμὸν Βιμβλίνην. τὸν Νάξιον οἶνον διὰ τοῦ μ Βίμβλινον[25]).

Qua de re ut recte iudicasse me cognoscatur audiend testimonia. Habemus enim fusius disputantem Athenaeu I, 31 a] Hesychium s. v. Βίμβλινος = Bekk. An. 1, p Testimoniorum autem ratio haec mihi videtur esse. Athe et Hesychius (lex. Seg.), cum bene consentiant, Pamphi saepius usi esse putandi sunt; Pamphilo autem fuisse f Asclepiadem evicit Bruns [quaestiones Asclepiadeae de rum diversis generibus. diss. Rost. 1884 p. 24. cf. p Neque vero Etymologici verbis Stephani solum lacunan supplevisse crediderim sed etiam Athenaei, cuius rei hae causae. Athenaeus Epicharmi suppeditat testimonium, ac facit de Pollide Syracusano, utrumque autem invenitur apud mologum. Deinde etiam cum paullo supra (p. 30 c) Semum, l carum illum rerum scriptorem, cuius pleraque apud Athen extant fragmenta de vino Pramnio[26]) auctorem adhib etiam hoc Semi testimonium Athenaeo olim pleniori tribue esse censeo. Exscripsit igitur Stephanus Athenaeum, Et. phanum.

---

[24]) Cur Meinekius, quippe quem Etymologi locus omnino non fu (cf. ann. 12) Stephanum restituere dubitaverit, equidem non perspi

[25]) Quae secuntur consentiunt cum Hesychio verbis prioribus Epic testimonium antecedentibus. Stephano vindicare ea dubitavi, quod m ex parte repetunt rem notam.

[26]) Eadem etiam hoc loco res est. Athenaeus [p. 30c] et Pl Semi afferunt testimonium, Athenaeus ad Pamphilum redit, Photius B Platonis interprete [cf. schol. Jon 538c] utitur, qui ipse hausit e Pam Suidas deinde excerpsit Photium. cf. Bruns l. l. p. 37. Similia script quidem nominibus omissis habes apud scholiast. ad Il. Λ 639. cf. schol. Arist. eq. 107.

Βλέμυες, ἔθνος .... καὶ Βλέμυς [τοὺς καταρράκτας φασὶ τοὺς περὶ Συήνην. „τῆς πάρος αἰθαλέων Βλεμύων ἀνέχουσι κολῶναι"]. Recte me restituisse docet Eustathius ad Dion. 220.

S. v. *Βρεττία* omissum est: *Βρεττανοί*. ἔθνος ἀπὸ Κελτοῦς τῆς Βρεττάνου θυγατρός. Cetera Etymologici verba proxime accedunt ad Stephanum.

E duabus deinde Stephani vocibus, quae quidem nunc leguntur, *Βύζαντες* et *Βυζάντιον* unam conflavit Et. ita, ut grammaticam vocis partem vel maxime urgeret. Res autem ita comparata est, ut V post verba *τῆς Λιβύης* grammaticas inserat explicationes, deinde post *Βύζης ἡγεμών* fere eadem paullo tamen breviora ac bene cum Stephani voce altera (s. fin.) consentientia intermisceat. Itaque hunc fere in modum ethnicographum restituendum esse velim:

Βυζάντιον .... p. 190, 4 Mein.: τὸ ἐθνικὸν τοῦ Βύζας διὰ τοῦ ι, τὸ δὲ κτητικὸν διὰ [τῆς ει] διφθόγγου [ὡς τοῦ Ἄβαντος Ἀβάντειος] τὸ δὲ Βυζάντιος ἐθνικὸν τριγενές· [λέγεται δὲ καὶ ἡ Βυζάντιος κοινῶς·] τὸ δὲ κτητικὸν [τοῦ πολίτου] Βυζαντιακὸς ὡς Ῥόδιος Ῥοδιακός]. λέγεται καὶ ... Βυζαντὶς [ἀπὸ γενικῆς τοῦ Βύζαντος ὡς Αὐσονίς. λέγεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Βυζάντιος θνικοῦ Βυζαντίς, ὡς ἀπὸ τοῦ Λέσβιος Λεσβίς]. ἔστι καὶ ... [ἡ] Βυζάντεια διὰ [τῆς ει] διφθόγγου, [προπαροξυτόνως δὲ ὡς τὸ Θέσπεια, Ζέλεια]. ἀπὸ .... Βυζάντιος [ἐθνικοῦ λέγεται θηλυκῶς] Βυζαντία [ἐπὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῆς πόλεως. καὶ ὡς ἀπὸ τῆς Σηλυβρίας Σηλυβριανός, οὕτως ἀπὸ τῆς Βυζαντίας] Βυζαντιανός [ἢ ἀπὸ τοῦ Βυζάντεια τὸ] Βυζαντειανός διὰ διφθόγγου ὡς [Ἡράκλεια] Ἡρακλειανός. —

Βύβλος, πόλις Φοινίκης .... ἐν τοῖς ἕλεσι· [Ἡσίοδος ἐν Ἀσπίδι· „Βύβλον τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν"] Cetera a fere ut in Stephano leguntur in E. M. cf. Berkel. s. h. v. Meinekius, qui Etymologici locum novit, cur inde Stephanum restituere noluerit, non liquet.

Γάδειρα, πόλις κ. ν. ... περιμήκης ὡς οὖσα ταινία (καὶ sero) [ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρὰ οἱονεὶ] τῆς γῆς δειρά· [τὰ ρ γάδειρα τῆς γῆς ἐξοχή ἐστιν]. ἢ ὥς φησι Κλαύδιος Ἰούλιος ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις, ὅτι Ἀρχαλεὺς υἱὸς Φοίνικος κτίσας ν πόλιν ὠνόμασε τῇ Φοινίκων γραφῇ (?) Γάδειρον [codd.

Γάδον quod iam correxit Hemsterhuis[27])] *γὰρ παρ' αὐτοῖς* ι *ἐκ μικροῦ ᾠκοδομημένον*].

Stephani verba *ὡς οὖσα ταινία τῆς γῆς δειρά*, de quibu iam Meinekius dubitavit, ut nimis contracta ex Eustathii comm ad Dion. v. 64, 15 et 18 Muell. et Etymologico inter se consen tientibus restituere conatus sum. Deinde etiam idem fit atqu in multis vocibus, ut Claudii Julii nisi hoc Etymologici loco no iniciatur mentio, cetera vero fragmenta apud unum Stephanum legantur.

Γάζα .... p. 194, 12 Mein. .. *ἔθνος Γαλατῶν* [*οἱ τὴν γῆ ζητοῦντες. ἐκπεσόντες γὰρ τῆς ἑαυτῶν χώρας πολλὴν γῆν περι ἦλθον ζητοῦντες ὅπῃ οἰκήσουσιν.* (*ὅθεν* inserit Mein. Anall. Al p. 68) *Εὐφορίων ἐν Πολυχάρει.* „*Γαιζῆται περὶ δείρεα χρυσο φορεῦντες*"].

Recte me restituisse Stephanus, Etymologus, Eustathius B 188 inter se collati docent[28]).

Γάργαρα, πόλις .... *Ἴδης* [*ἐξ ἧς διὰ τὸ κρυῶδες ὑπο κατέβησαν οἱ Γαργαρεῖς καὶ ᾤκισαν ἄλλην* [corr. Mein. cf Luentzner: Epaphr. rell. p. 35] *ὑπὸ πεδίον Γάργαρον. ἐκεί δὲ ἐρημωθεῖσα καλεῖται*] *Παλαιὰ Γάργαρος* (Mein. *Παλαιγάρ γαρος*) *ἣν Αἰολικὴν* .... *ἐν Λαρίσσῃ* [*ὡς δηλοῖ Νύμφις φιλόσοφος* (Sturz: *ἱστορικός*)· *οὕτως Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνή ματι Θ Ἰλιάδος παρατιθέμενος Κλείταρχον Αἰγινήτην λεξικο γράφον, ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατ* [cf. V. ann. 34] (*εἴρηται δὲ* addit V) *ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ ἐ τοῖς σώμασιν ἡμῶν γαργαρεῶνος* (*τῆς λεγομένης σταφυλῆς* addit, cf. Gaisf. ann.)· *καὶ γὰρ τὸ σῶμα τοῦτο ἀπὸ παχέος ε λεπτὸν καὶ ὀξὺ λήγει*]· *ἐκεῖ καὶ Διότιμος* .... *ἄκρα. Ἐπαφρό διτος δέ φησιν* ... q. sq.

Paucis etiam opus est verbis unde res magis collocetur aperto. Ac vel in primis quidem Eustathius [ad Il. Ξ v. 29 ex Etymologico Stephanum restituendum esse docet, is enim cum ethnicographo multa habet communia (cf. vel in prim

---

[27]) Cf. Hesych. et Plin. IV, 22. Müll. fr. IV, 364. cf. etiam Et. 220, 33. et Tzetz. Chil. VIII, 685. ad Lyc. v. 649.

[28]) Prorsus non perspexit rem Meinekius anall. Al. p. 68. 69, quip qui tria statueret testimonia, non unum, unde cetera pendent.

Arati in Diotimum distichon) et cum Etymologo [cf. τῶν ὑδάτων ἀνάδοσιν]. Deinde duo in Stephano Epaphroditi testimonia divisi, quae suppeditavit mihi Etymologus; alterum enim legitur in textu ipso, alterum suo more Gaisfordius in annotationibus latere voluit. (cf. 221, ann.: addit V .... quae quidem eadem sunt atque in Stephano p. 199, 5 Mein. leguntur.)

Totam autem doctrinam Epaphroditi fuisse ut credamus effici mihi videtur consensu Stephani cum scholio ad Il. Θ, 48, Serv. ad Georg. 1, 102 et Macrobio IV, 20 inter quos Macrobius ex uberrimo commentario videtur hausisse[29]).

Δαυλίς, πόλις ... δασεῖα δὲ ἡ πόλις. [Αἰσχύλος· Δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν. ἢ Διαυλίδα. ὅτι ταῖς δύο ἀδελφαῖς ἐκεῖ συνηυλίσθη ὁ Τηρεύς. ἔνθεν καί τινες Δαυλιάδα καλοῦσιν. καὶ ἡ πόλις νῦν [δὲ codd. ante νῦν exhibent] Δαυλία καλεῖται. καὶ Δαυλίαν κορώνην ἀντὶ τοῦ ἀηδόνα Ἀριστοφάνης διὰ τὸν μῦθον].

Stephani verba ex Etymologo restituenda esse apparet collato Eustathio. *B*, p. 274: Αἰσχύλος. Δαῦλος δ' ὑπήνη cett., sed num omnino quae exciderunt restitui possint ideo dubitaverim, quod Etymologici verba valde ordine suo turbata sunt. Ceterum cf. Strabo p. 423. Paus. 10, 4, 7. Zenob. III, 14. schol. *B*, 520 AD., qui omnes ad unum redeunt Apollodorum auctorem.

Ἑλληνόπολις cf. Mein. p. 268. ann. 12.

---

29) Valde memorabile est, quod Arati apud Stephanum qui nunc leguntur versus distant ab Eustathio, qui Stephanum exscripsit, Macrobio, quem ex simili commentario geographico hausisse probabile est, Anthologia. Pal. XI, 437. Neque rem diiudicari posse existimaverim nisi Stephani quae ad nos pervenerunt exemplaria corruptelam traxisse statuerimus. In suo enim Stephani libro Eustathius legit : *Αἰάζω Διότιμον*, deinde autem Stephani lectionem *παισὶν Γαργαρέων* pro *Γαργαρέων παισίν*, quod Macrobius et Anthol. exhibent, sequitur. Itaque Epaphroditi lectionem eandem esse atque Macrobii et Anthologiae opinor, Stephanum vero alterum versum non recte ex Epaphrodito descripsisse, priora autem verba denique a Stephani librariis corrupta esse. Ceterum quanta intercedat similitudo inter Stephani verba suppleta et Macrobii illum veterem commentarium geographicum brevi perspicitur. Luentznerus (l. l. p. 35, 36.) neque omnia congessit, neque omnino rem perspexit.

Ἔμισα, πόλις Φ. .... καὶ ἔοικε κλίνειν τὰ Ἔμισα [ὡς τὰ Μέγαρα] ἡ [δὲ νῦν] χρῆσις θηλυκῶς· [ἀλλὰ πῶς τὸ Ἐμισαῖος ἀπὸ τοῦ οὐδετέρου γέγονεν; εἰ μή τις φαίη, ὥσπερ τὸ Γάδειρα Γαδειραῖος] ἔν τισι .... Ἐμεσηνός [ὡς τὸ Γέρασα Γερασηνός]. Res per se patet; unum tamen mirum est, quod in Stephani verbis illis per se prorsus obscuris: *ἔοικε κλίνειν τὰ Ἔμισα* editorum nemo offenderit.

Ἐρεμβοί, ἔθνος Ἀράβων [εἰσὶ γὰρ ἀπὸ Ἄραβος, βασιλέως Βαβυλῶνος]. Ὅμηρος. - - Ἐρεμβούς. [Ἐρεμβοὺς οἱ μὲν τοὺς Ἄραβάς φασιν, ὡς Ἑλλάνικος. ἔνιοι δὲ τοὺς Τρωγλοδύτας ἤκουσαν] ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν βαίνειν. [Κράτης δὲ Ἐρεμνοὺς γράφει καὶ ἀποδίδωσι τοὺς Ἰνδοὺς ἐπεὶ μέλανες οὗτοι]. λέγονται [δὲ] καὶ Ἐρεμβαῖοι - -

Iam quibus de causis Stephanum ex Etymologico ita restituerim, dicendum mihi est. Ac primum quidem commovit me Hellanici nomen, qui ab Etymologo tribus tantum locis (139, 18. 370, 42 (nostro) 407, 48 commemoratur, multis Stephani, deinde verba quae sub finem leguntur: *λέγονται — Ἐρεμβαῖοι* extant apud utrumque. Omnia autem haec, quae s. h. v. inveniuntur, scholiorum ad Hom. Od. δ, 84[30]) redire ad doctrinam cum scholia ipsa tum vel in primis Strabonis docent verba, qui compluribus locis [XVI, 784. I, 41. cf. I, 38] versum illum homericum δ, 84 commentatus est.

Ἐρυθρά - - ἥρωος [πεσόντος ἐκεῖ καὶ πνιγέντος· ἔρριψαν γὰρ αὐτὸν εἰς τὴν θάλασσαν καὶ ἐλάξευσαν ἐκεῖ λίθον καὶ ἔγραψαν οὕτως. „ἐνθάδε τύμβος ἁλὸς τοῦ παμμεδέοντος[31]) (τοῦ add. Sturz) Ἐρύθρου"]. Οὐράνιος δ' - -

De re dubitari non potest, secuntur enim in E. M. ea quae

---

[30]) De hac re neque quae Wachsmuth (De Crat. Mall. p. 48) disseruit neque Ludwichii commentarius (Aristarch I, p. 538. 539) videntur sufficere, utrumque enim Stephani locus fugit. Ea autem, quae exhibet E. M. ex optimo quodam scholio ad Homerum fluxerunt, quippe quae non solum Cratetis, quod cetera habent, testimonium praebeant, sed etiam Hellanici neque additamentum falsum illud de Aristarcho [*Ἀρίσταρχος Ἐρεμβοὺς τοὺς Ἄραβας ἀκούει* H.M.Q.R. cf. Eust. 1485,5] afferant. Ceterum conferas Tzetzam ad Lyc. 827, qui Hellanici testimonium debet scholio ad Lyc. vetusto, cetera Diodoro, quem affert.

[31]) Cf. Mein Anal. A. p. 376.

ad verbum fere cum Uranii testimonio concinunt nomine tamen scriptoris omisso. Itaque etiam quae antecedunt ethnicographo vindicanda esse censui. Verba inde a *ἔρριψαν* — *Ἐρύθρου* ex E. Gud. (cf. Gaisf. 379, 8) addidi.

Εὔρωπος, πόλις .... Εὐρωπαῖος [*ὡς ἤπειρος ἠπειραῖος, νῆσος νησαῖος*]. Restitui ex Etymologi voce *Εὐρωπεία*.

Ἠλώνη, πόλις .... Ἠλώνην τε [*ὅτι ἐκεῖθεν ὑπὸ Ἡρακλέους ἑάλωσαν οἱ Κένταυροι καὶ ὑπὸ τοῦ ἥρωος ἐκτίσθη ἡ πόλις. καὶ οὕτως ὠνόμασται παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἁλῶναι αὐτοὺς Ἀλώνη ἢ Ἡλώνη*]. *τὸ ἐθν. Ἠλωναῖος* [*ὡς Μεθωναῖος* V].

Recte me restituisse primum argumento est Homeri locus in utroque lexico allatus [cf. V Gaisf. 428, 22 ann.], deinde quae sub finem sunt verba *Ἠλωναῖος* — tum vel in primis simillimus Eustathii locus (p. 333, 31), unde iam Meinekius uberiora olim Stephani verba fuisse coniecit.

Ἰθάκη, νῆσος ... Ἰθάκου (*ἥρωος* Holst.) [*τοῦ Πτερελάου*]. Supplevi ex V (Gaisf. 470, 6 ann.) qui ceterum eadem fere habet atque Stephanus. Gaisfordii lectio vulgata alia praebet.

Ἰκόνιον, πόλις - Ταύρου [*γυναῖκά φασι κατοικεῖν τὸν τόπον παράνομον ἢ τοὺς ἐπιξενουμένους ἐκέλευε συγγενέσθαι αὐτῇ καὶ μετὰ τὴν συνουσίαν ἀνῄρει, ἵνα μὴ ἡ ἀσέλγεια αὐτῆς ἐπιγνωσθῇ. Περσέα δὲ τὸν Δανάης ἐπὶ τοὺς τόπους* [cf. Cramer A. O. II, 205] *ἀφικόμενον καὶ μέλλοντα τὰ αὐτὰ πάσχειν δείξαντα τὸ τῆς Γοργοῦς πρόσωπον ἀπολιθῶσαι αὐτήν. τὴν δὲ εἰκόνα ἐπὶ πολὺν χρόνον διαμεῖναι λιθίνην. ἀφ᾽ ἧς αἰτίας καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν οὕτως ὠνόμασαν*]. - - - *καὶ ἔδει διὰ διφθόγγου* [*γράφεται δὲ διὰ τοῦ Ι. ἐπειδὴ εὑρέθη ἡ ἄρχουσα* (codd. *ἀρχή*. emendavi ex Cram. A. O. II, p. 206) *συστελλομένη παρὰ Μενάνδρῳ*] *φασὶ δὲ* - -

Narratio de muliere illa[32]) et Perseo eisdem verbis etiam apud Choeroboscum [*ὀρθ*. s. v. *εἰκών*. Cramer A. O. II, p. 205. 206] legitur, altera de diluvie eadem est in Stephano atque in E. M., utramque autem iam Lentzius (Her. II, 1, p. 498. 499) coniunxit atque Herodiano tribuit. Sed cum altera quidem

---

[32]) Similia etiam de Iconio urbe leguntur apud Ioannem Antioch. f. 6. Müll. IV, p. 544.

narratio Etymologi ad verbum fere concinat cum Stephano, deinde etiam fabulam illam de Perseo in brevius contraxisse videatur Eustathius [comm. in Dion. v. 857] Etymologum Herodiani vel cuiuscunque erat doctrinam ex ethnicographo potius desumpsisse crediderim [33]).

Ἴτων, πόλις ... ἥτις καὶ Ἰτώνη [φησὶ δὲ ὁ γενεαλόγος Σιμωνίδης, Ἰτώνου θυγατέρας γενέσθαι δύο, Ἀθηνᾶν καὶ Ἰοδάμαν. ἃς ἐζηλωκυίας τὴν ὁπλομαχικὴν εἰς ἔριν πρὸς ἀλλήλας [codd. *εἰς ἔρ. τὴν εἰς ἀ.*] *χωρῆσαι καὶ ἀναιρεθῆναι τὴν Ἰοδάμαν ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς. οἷον· Πηλιάδες σκοπιῇσιν ἐθάμβεον εἰσορόωσαι | ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος· Ἀπολλώνιος*]. —

Paucis exponam quibus potissimum de causis Etymologo usus sim in Stephano restituendo. Neque enim tam Stephanum explevisse mihi videor quam scholium ad Ap. Rh. I, 551 paullo reddidisse uberius. Magna autem inter ethnicographum et scholiastam est similitudo, legitur enim apud utrumque *ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ ἥρωος*, neque etiam Hecataei testimonium deest. Simonides [34]) autem ille praeterea uno tantum Etymologici Gudiani loco s. v. *Ἰλεύς* nuncupatur, cetera, quae pauca sunt, fragmenta leguntur in scholiis ad Ap. Rh. II, 866. I, 763 et Stephano (s. vv. *Ἀκαμάντιον* et *Ἄκανθος*). Unde Etymologum quidem e Stephano, Stephanum ex scholio ad Ap. Rhodium hausisse putaverim. Ethnicographi autem verba in brevius esse contracta vel primus conspectus docet.

Κάνωπος. οὕτως ἔδει γράφεσθαι [*οὐ Κάνωβος. ἐπεὶ οὐδὲν εἰς ος* [cf. Her. *π. μ. λ.* 920, 15] *λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραληγόμενον τῷ ω ἔχει τὸ β ἀρκτικὸν τῆς τελευταίας συλλαβῆς, ἀλλ' ἢ ἕτερον ἢ τὸ π. Κρότωπος, ἄνθρωπος. οὕτω καὶ Κάνωπος*].

Berkelius, quem secutus est Meinekius, Stephani verba restituenda esse iure ratus subsidia quaesivit ab Eustathio, (comm. in Dion. 11) qui neque tam multa neque tam accurata

---

[33]) Veri mihi videtur esse simillimum omnes has narrationes deberi Alexandri Polyhistoris de rebus Phrygiis libris, narrationes raras et obscuras, nominum derivationes absurdas captare soliti.

[34]) Simonidis testimoninm videtur exscripsisse ex E. M. Tzetzes schol. Lyc. 355.

quam Etymologus praebet grammatica praecepta. Quae Herodiano debenda esse ut existimemus efficitur consensu verborum *ἐπεὶ — παραληγόμενον* et Herodiani ipsius loco in libro *περὶ μον. λέξ.* p. 920, 15 Lentz.

Καπύα .... *Εὐρώπῃ* [*ἣν Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος υἱοὶ Αἰνείου ἔκτισαν, ὥς φησι Κεφάλων ὁ Γεργίθιος. οὕτως Ὧρος. ἄλλοι δὲ*] *ἀπὸ Κάπυος* - -

Cephalo Gergithius hoc uno tantum loco affertur ab Etymologo, a Stephano duobus. Ethnicographi deinde verba qualia ›xplere conatus sum talia leguntur apud Eustathium in comm. ıd Dion. 357: *καίτοι τινὲς ἀπὸ Κάπυος τοῦ Τρωὸς αὐτὴν :αλεῖσθαι ἠθέλησαν.* Ceterum cf. Müll. fr. III. p. 70. fr. 8. 9.

Κρωβίαλος - - *Κύτωρον* [*αὗται δὲ πόλεις Παφλαγονίας. ν δὲ τῇ Κυτώρῳ φύεται πύξος πολλὴ καὶ διάφορος*]. *οἱ οἰκ. ἴρ.* - -

Locus ex uberiore certe scholio ad Ap. Rh. 2, 942 deımptus est, id quod inde etiam confirmari mihi videtur quod lem referunt Servius ad Georg. II, 437 et Probus ibid. Eustaıio (comm. Il. *B*, v. 856) nonnisi Stephanus epitomatus praesto detur fuisse.

Κυβέλεια - - - *ὄρος* [*ἔνθα τῆς μητρός, τῆς Κυβέλης ρὸν ἅγιόν ἐστι. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ πολυίστωρ ἐν τῷ περὶ Βιθυας· „ἔοικεν οὖν Κυβέλη ἀπὸ τοῦ ὄρους κληθῆναι“*] - -[35])

Duae potissimum explendi fuerunt causae, primum enim ıllo nisi hoc Etymologici loco Alexandri Polyhistoris inicitur ›ntio, deinde etiam Stephanus scriptoris nomine quidem non ato, quo in commemorando ceterum multus est, fere eadem ıue Etymologus de Cybelo monte refert. Polyhistoris verba, id quoque addam, confirmantur scholio ad Aen. III, 111: ybeli, id est montis Phrygiae, in quo colitur, a o et Cybela dicta est“. Deinde quod Pisandri apud

[35]) Secuntur in E. M. etiam verba haec: *ἴσως δὲ καὶ κύβηλις ὁ πέλεκυς. οὕτου κυψέλη,* (codd. *κυβέλη*) *ἡ ὀπὴ τοῦ ὠτός καὶ μέλος σώματος.* Priora ›m quibus securis indicatur notio, inveniuntur etiam apud Athen. 169 ychium Photium ed. Nab. p. 355. ann. 6. Tzetz. Lyc. 1170. Quae se:ur redire ad Soranum collatis Meletio [Cram. A. O. 3, 75, 17] Hesychio, tio, Suida, lex. rhet. (p. 276, 3 Bekk.) me docuit Wilamowitzius.

Stephanum testimonium affertur, nihil habet miri; nam Alexandrum Polyhistorem poetarum versibus in historiis conscribendi usum esse perspicitur ex Eusebii praep. ev. IX, 20. Cet. cf. Berkel. et Holst.

Μάκαλλα, πόλις Ἰταλίας [ἐν ᾗ ἱερόν ἐστι Φιλοκτήτου] κέκληται -- Nominis originatio eisdem apud utrumque verbis narratur.

Μένδης ... τράγον. [μένδης δὲ λέγεται παρ' Αἰγυπτίοις ὁ τράγος[36]). ἐκ τοῦ Μένδης Μένδητος] ὁ πολίτης Μενδήσιος καὶ Μ. θ. [τροπῇ τοῦ τ εἰς ς. ἢ ὅτι τοπικόν ἐστιν ὡς θαλάσσιος οὐράνιος].

Μερόη, πόλις Αἰθιόπων. -- Μερόης [ἀδελφῆς Καμύνσου].

Μεταπόντιον -- Μέταβον ἔλεγον [(οὗτος ἦν addo ipse) υἱὸς Ἀλίβαντος. Ἡρακλέα λέγεται ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς ἀπιόντα ξενισθῆναι παρὰ Ἀλίβαντι καὶ τότε γεννηθῆναι τὸ παιδίον. καὶ διὰ τοῦτο Μέταβον προςαγορευθῆναι, ἐπεὶ μετὰ τοὺς βοῦς τοῦ Γηρυόνου ᾔει[37])]. De Metabo, Metaponti conditore, conferas schol. Aen. XI, 540.

Παρνασσός ... Λαρνασσός [ὡς Ἄνδρων φησίν] διὰ τὸ -- [ὕστερον δὲ κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ Λ εἰς Π Παρνασσός]. Omnia haec leguntur etiam in schol. ad Ap. Rh. *B*, 711, unde Andronis testimonium pro illo ἐκαλεῖτο δὲ — apud Stephanum restitui[38]).

Πολεμώνιον, -- πόλις. [ἀπὸ Πολέμωνος βασιλέως, ὃς ἦν ἐπὶ Ἀντωνίου τοῦ ἐπ' Αὐγούστου] -- Omnino circa hunc locum Stephani verba valde in brevius contracta sunt. Ceterum cf. Gaisf. ann. 679, 54.

Πολίειον ... καλουμένη [καλεῖται δὲ Πολίειον ἀπὸ Πόλιδος ἐμπόρου. ἢ ὅτι Ἀθηνᾶς Πολιάδος ἱερὸν ἐν αὐτῇ ἐστιν. Ὧρος[39])].

---

[36]) Cf. Her. II, 46 unde haec sumpta sunt.

[37]) Verba videntur esse corrupta, subiectum enim desideratur. Equidem inserendum esse iudico post ᾔει] ὁ Ἡρακλῆς.

[38]) Ceterum cf. Maass: de Sibyll. ind. p. 19. 20.

[39]) Post Πόλιδος inserit cod. Milleri Κασέως. Fortasse Κασιέως, ut

Recte me restituisse docet Stephanus ipse collatus s. v. *Σίρις*. Cf. Holsten.

Σελλοὶ -- *δίχα τοῦ σ̄ Ἑλλοί [ὅτι (Ἕλλος καὶ?) Ἑλλοὶ τὸ ἐν Δωδώνῃ τῆς Ἠπείρου κατοικοῦν ἔθνος. καὶ γὰρ οὕτω τινὲς λέγουσι τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ·*

ἀμφὶ δὲ Ἑλλοί ·

σοὶ ναίουσιν —

εἴρηται δέ αὐτὸ παρὰ τὸ ἕλος. ἐκ γὰρ τοῦ κατακλυσμοῦ τῆς γῆς ἔνθα ᾤκουν ἑλώδους γενομένης [sic cum V scribo, Gaisf. perperam *γενομένου*] *μετῴκησαν*[40]) *ἐν Δωδώνῃ. καὶ οἱ μὲν Ἑλλοὺς αὐτοὺς ἐξεδέξαντο ὡς Πίνδαρος. δεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ σ̄ ἄρχεσθαι τὴν λέξιν Σελλοὺς ἀπὸ Σελλήεντος ποταμοῦ*].

Stephanum ab omni parte in hac voce plenum me restituisse praestare non audeo, recta tamen via me processisse crediderim. Ac primum quidem Stephani verba in brevius esse contracta apparet collatis Etymologico et scholiis ad Il. *Π* 234, inter se simillimis. Quamvis autem apud Etymologum et scholiastas eadem fere extent, tamen unum id interest, quod multa quidem in scholiis dicuntur de duplici vocis *Σελλοί* scriptura, sed de originatione illa *ἀπὸ ἕλους* nulla fit ibidem mentio. De hac ipsa vero disseruisse Apollodorum testis est Strabo p. 328 his: *Οἴονται δέ, φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν οὕτω καλεῖσθαι. τὸν μέντοι ποιητὴν [οὐχ] οὕτω λέγειν Ἑλλοὺς ἀλλὰ Σελλοὺς ὑπολαμβάνει τοὺς περὶ τὸ ἱερόν, προσθεὶς ὅτι καὶ Σελλήεντα τινὰ ὀνομάζει ποταμόν.* Stephanum autem non solum Apollodori notitiam non habuisse nisi per Epaphroditi commentarium, sed etiam omnia, quae ethnicographo cum scholiis homericis communia sint Epaphrodito tribuenda esse demonstravit Niese. [Rh. Mus. 32. p. 276 et ann. 2. cf. ceterum p. 19 disp. huius.] Accedit deinde alterum argumentum haud minoris momenti. Selli sedes suas Dodonam translocasse dicuntur, sub voce autem *Δωδώνη*, qua

---

omen cuiusdam Aegyptii sit, scribendum est. Ex Milleri codice addidi ri nomen.

[40]) Exhibet Milleri cod. p. 158. *μετοικήσαντες ἐν Δωδώνῃ οὕτως νόμασαν. Ἀρίσταρχος δὲ Ἑλλούς* (legendum *Σελλούς*) *φησιν ἀπὸ τοῦ ἐντοπίου οταμοῦ Σελλήεντος.*

nulla apud Stephanum uberior est, ethnicographus eundem Epaphroditum inducit testem. Num igitur dubitabimus quin etiam hac de voce adierit Stephanus Homeri commentatorem? Neque etiam, ut id quoque addam, Etymologus s. h. v. Epaphroditum ipsum adiisse mihi videtur, sed per Stephanum sua accepisse. Sane, multis locis, quibus grammatica praecepta nobis traduntur, E. M. hausit ex Epaphrodito ipso intercedente nullo, sed omnibus fere in nominibus geographicis, ubi Epaphroditi testimonium affertur, primum auctorem iure dixeris ethnicographum. Quod ut demonstrem, pauca percensebo. S. v. enim *Κεφαλληνία*, ubi Epaphroditum nuncupat E. M., iam pridem homines docti Stephani doctrinam agnoverunt. v. *Βατία* [St. *Βατίεια*] deinde ita comparata est, ut quae praecepta grammatica Epaphrodito tribuuntur, eadem inveniantur etiam apud ethnicographum nomine auctoris quidem omisso, quod, ut saepissime factum est, epitomatoris culpa interiit. Eadem enim ratione vox *Ἀῶος*, quam oblivione tegisse Stephanus omnino non est expectandus, prorsus intercidit. Deinde etiam quae apud Stephanum s. v. *Ἀσσυρία* extant epitomatoris manum tam aperte ostendunt, ut Epaphroditi quod nunc in E. M. p. 158, 9 legitur testimonium facillime excidere potuisse non sis negaturus[41]). Neque vero de voce *Δωδώνη* opes adiit Et. M. Epaphroditi ipsius, sed Stephani, et s. v. *Σαμάρεια* Epaphroditi quod exhibet Stephanus testimonium augendum esse Etymologi verbis, cum Meinekius coniecit, tum nos infra demonstrabimus. Apparet igitur, quam et necessaria et fructuosa quaestio de Epaphrodito futura sit, quippe de quo pauca adhuc sciamus.

Σηλυμβρία. ... *Σηλυμβριανός* [*Ὧρος*]. non habeo quod addam.

Σῖρις .... *Ἀθηνᾶς*. [*Σῖρις δὲ ὠνόμασται ἀπὸ Σίριδος θυγατρὸς Μόργητος τοῦ Σικελίας βασιλέως, γυναικὸς δὲ Σκίνδου. ἢ ἀπὸ Σίριδος μιᾶς τῶν Νηρηΐδων. ἢ ἀπὸ τοῦ παραρρέοντος αὐτῇ ποταμοῦ.*]

Σκάμανδρος ... *Σκαμάνδρου* [*υἱοῦ Τεύκρου ὃς ἦν Κρὴς*

[41]) Valde etiam verisimile est collato Crameri an. O. I. p. 78 Epaphroditi nomen Stephani s. v. *Ἀλίζωνες* excidisse. cf. Luentzner p. 34.

τὸ γένος[42]). ἢ ὅτι Ἡρακλῆς δίψει κατασχεθεὶς ηὔξατο τῷ Διί. ὁ δὲ ἀνέδωκεν αὐτῷ μικρὰν λιβάδα, ἣν θεασάμενος καὶ σκάψας δαψιλέστερον ἐποίησε φέρεσθαι. παρὰ τὸ ἐσκάφθαι οὖν εἴρηται Σκάμανδρος διὰ τὸ γεγονέναι καμάτου καὶ κόπου παραίτιον, ἢ διὰ τὸ ἐσκάφθαι ὑπ' ἀνδρὸς ἐκλήθη Σκάμανδρος. Ξάνθος δὲ ἐπειδὴ ἐκεῖ λουσάμεναι αἱ θεαὶ ξανθὰς ἔσχον τὰς κόμας, ὁπότε Ἀλεξάνδρῳ ἦκον ἕνεκα κάλλους κριθησόμεναι. Ὅμηρος· ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.]

Etymologi verba Stephanum post Σκαμάνδρου excipiunt; quae deinde secuntur conflata sunt ex scholio ad Il. Υ 74. B et BV.

Σοῦσα - - αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι [malim equidem Φρύγες cf. Etym. 722, 29 et Zonaram. ἢ ἀπὸ τοῦ ἱππάσιμον αὐτὴν εἶναι· σουσίαν γὰρ ὑπὸ Σύρων τὸν ἵππον λέγεσθαι. Ὧρος[43]].

Quae in Stephano leguntur ante vocem βάρβαρον cum eadem fere sint atque Etymologus exhibet, etiam proxima verba, quae eandem glossarum scientiam sapiunt, addenda esse putavi. Scriptoris autem alicuius nomen excidisse ex oratione obliqua evadere mihi videtur.

Multa denique excidisse ut existimemus verba, quae s. v. Σφήκεια apud Stephanum leguntur, nos commovent; plenam enim exhibet vocem Et. Magn. ed. Sturz p. 670.

Σφήκεια, ἡ Κύπρος. πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Φιλοστέφανος (codd. Στέφανος) ἐν τῷ περὶ Κύπρου [cf. fr. 10] ἀπὸ τῶν ἐνοικησάντων ἐκεῖσε ἀνδρῶν, οἳ ἐκαλοῦντο Σφῆκες. ἐκαλεῖτο καὶ Κεραστία, ὡς Μένανδρος ἐν τῷ περὶ Κύπρου λέγει, διὰ τὸ ἐνοικῆσαι αὐτῇ ἄνδρας οἳ εἶχον κέρατα. ὡς δὲ Ξεναγόρας ἐν τῷ περὶ νήσων, διὰ τὸ ἔχειν πολλὰς ἐνοχάς, ἃς κέρατα καλοῦσι, Κεραστία ὠνομάσθη.

Philostephani quattuor in universum locis Etym. inicit mentionem: s. v. Ἀρετάν (cf. infra), ubi una affertur Cleonis testimonium, cuius nomen nonnisi hoc loco non affertur, saepius

---

[42]) Idem legitur apud scholiast. Lyc. 1304, cuius de Ilio condito narratio reperitur etiam in vetustioribus scholiis ad Aen. 3, 108.

[43]) Addidi Ori nomen ex Milleri codice cf. l. l. p. 269, minime dubius quin hoc quidem loco Ὠρ. non „Orion" sed „Orus" esset.

invenitur apud ethnicographum, *Λατῶος* [cf. Mill. Mél. p. 203] quam vocem non ipsi Philostephano sed Oro intercedenti debe E. M., *Σινώπη* [E. M. ed. Sturz p. 667], ubi schol. Ap. Rh II, 946 plenum exscriptum est, denique *Σφήκεια*.

Menander deinde, Cypriarum rerum scriptor, semel tantum ab Et. nuncupatus, Stephano notus esse non videtur. At iure s. v. *Χύτροι*, ubi etiam Xenagorae fit mentio, non *Ἀλέξανδρος* cuius de libro aliunde nihil constat, sed *Μένανδρος* cum Müllero scribendum esse puto.

Xenagoras denique alias non invenitur apud Et., pluries in Stephani libro.

Iam paucis quae collegimus demonstratum fortasse est et quot Stephani lacunae expleri possint et quantum inde ad variorum scriptorum testimonia redundet. Allatis igitur quae satis plana videbantur esse iam ad eas voces transibo, ubi non omnia sunt in manifesto ac pluribus argumentis erit opus.

Ac primum quidem pauca afferam de eis vocibus quae cum in Stephano prorsus interciderint ex Etym. M. fortasse possunt restitui. Multas sane epitomatoris manum expertas esse nemo non videt neque omnino curo voces *Ἀλβανοί* (Cram. A. P. p. 106), *Ἅλυς* (E. M. 72, 5), *Ἰορδάνης* (cf. E. M. 473, 19), *Κάϊκος* (E. M. 497, 49), *Κελτοί* (502, 45), *Κιμμέριους* (513, 44), *Σάγαρις* (707, 18), *Ναύαιθος* (598, 38), *Παλαιστίνη*, *Πολυκτόριον* (681, 44), *Πύραμος* (697, 25. cf. Mill. p. 258), ubi pro certo quidem nihil potest adfirmari, sed fore ut amissa quantum fieri potest, recuperemus hi Etymologi loci spem mihi afferunt:

Ἀμιστρατός, *πόλις Σικελίας. Ἀμιστρατῖνος.*

Suppeditavit vocem nobis Va p. 75, 9 ubi tot nomina gentium et terrarum cum Stephano nostro ad verbum concinentia inveniuntur, ut etiam ea, quae ethnicographus non exhibet, inde restituere ausim. Eadem igitur res est in:

Ἀναργυροῦς. p. 96, 24, Va. *δῆμος Ἐρεχθηίδος φυλῆς, ὁ δημότης Ἀναργυρουντόθεν ὁμοίως τῷ* (cod. *τοῦ*) *ἐκ τόποι, ὡς Σταγειρόθεν ὁ ἀπὸ Σταγείρων, ὁ ἀπὸ Ἄσκρης, ὁ ἀπὸ Ἀναρ-*

γυροῦντος· καὶ Ἀναργυρούντιος, ὡς Τραπεζούντιος. λέγεται δὲ καὶ Ἀναργυράσιος. ἐζήτηται δὲ πῶς ἔχει τὸ ᾱ. ἔδει γὰρ ὡς Ῥαμνούσιος. ἀλλ' ἔοικε τὸ ῤ αἴτιον εἶναι φιληδοῦν τῇ συνάξει τοῦ ᾱ. ὡς τὸ Φλιοῦς Φλιάσιος· τὸ ἐκ τόπου Ἀναργυρουντόθεν καὶ Ἀναργυροῦνταδε εἰς τόπον.

Ἀνεμούριον, πόλις Κιλικίας. κεῖται δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ τόπου. παρὰ τὸν ἄνεμον καὶ τὸ ὅριον εἰκὸς λέγεσθαι. Ἀνεμουριεὺς καὶ Ἀνεμούριος. Cf. Eustath. ad Il. 274, 45.

Ἀρετάν non est in Stephano, cuius circa hunc locum verba haud ita spissa sunt. At legitur vox in Et. 138, 22:

Ἀρετάν· ποταμὸς τῆς Κροτωνιάδος χώρας. παρὰ την Ἀρήταν τὴν γυναῖκα Ἀλκινόου ἧς περιρρεῖ τὸ μνῆμα, ὡς μαρτυρεῖ Φιλοστέφανος[44]) καὶ Κλέων ἐν τῷ Περίπλῳ[45]).

Iam supra s. v. *Σφήκεια* exposui quid de Philostephani et Cleonis in E. M. testimoniis iudicandum sit[46]).

Idem deinde argumentum valet in voce *Ἀρκέσιον*· οὕτω καλούμενον ἄντρον τῆς Κρητικῆς Ἴδης παρὰ τὸ ἀρκέσαι, τὸ βοηθῆσαι. φασὶν αὐτὸ ὑπὸ Κουρήτων ὀνομασθῆναι, ὅτι τὸν Κρόνον αὐτοῖς φεύγουσι καὶ εἰς αὐτὸ καταδυεῖσι καὶ κρυπτομένοις ἐπήρκεσεν. οὕτω Ξενίων ἐν τοῖς περὶ Κρήτης. et in voce *Βεβαία* restituenda:

Βεβαία, πηγὴ οὕτω καλουμένη ἐν Εὐβοίᾳ. ἐτυμολογεῖ δὲ Τεῦκρος, ὅτι, φησί, τῶν ἐν τῇ νήσῳ ποτὲ ὑδάτων ἐκλιπόντων καὶ ποταμῶν καὶ πηγῶν μόνη αὕτη ὁμοίως διέμεινε πολύυδρος. Παρὰ τὸ βέβαιον οὖν καὶ ἀνελλιπὲς Βεβαία.

Teucri illius Cyziceni mentionem iam s. v. *Βουθρωτός*, quae tota ex Stephano pendebat, fecimus. Non aliter se habere etiam hoc loco rem veri simillimum est.

Excidit deinde:

Εἰρέσιον, πόλις Βοιωτίας. ὅτι κατακλυσμοῦ ποτε γενομένου συνέβη περὶ Βοιωτίαν πολλὰς λίμνας ἀναφανῆναι. οἱ οὖν

---

[44]) Quid commoverit Lentzium, ut Herod. praef. p. CCXIV Philostephanum mutaverit in Polystephanum, cum p. 13 rectam exhibeat scripturam non intellego.

[45]) Verba *καὶ Κλέων*. . . . addidi ex Mill. Mél. p. 41.

[46]) Perperam Müllerum (fr. IV, 365) coniecisse ad. schol. Ap. Rh. II. 17 *ἐν τῷ περὶ λιμένων* pro *ἐν τῷ περίπλῳ* in aperto esse credo.

ἐγχώριοι πλάταις καὶ κώπαις καὶ εἰρεσίᾳ κεχρημένοι τὰς πρ ἀλλήλους ἐπιμιξίας ἐποιοῦντο. ἐκ τούτου οὖν τὰς πόλεις ὠν μασαν· ἀπὸ μὲν τῶν πλατῶν Πλαταιάς· ἀπὸ δὲ τῶν κωπι Κώπας· ἀπὸ δὲ τῆς εἰρεσίας Εἰρέσιον.

Quae quidem verba Apollodori mihi videntur sapere do trinam; nam cum Stephanus s. v. *Πλαταιαί*[47]) viri illius do de Plataearum et Coparum nominibus iudicium afferat, quid etiam hoc loco eiusdem sapientiam latere statuamus?

De voce *Εὔδωνος* quae excidit in Stephano cum huius con mentationis in altera parte quid statuendum sit accuratius e positurus sim, nunc pauca addam de *Κεφαλληνία*. Iam pride enim cum Schleusnerus (cf. Gaisford. p. 507 ann. 27) pe spexisset, Etymologi s. h. v. verba corrupta emendanda esse e Stephani voce *Κράνιοι*, ubi pauca etiam de Cephallenia insul inveniuntur, viri docti scriptura Mülleri codice confirmata es Unde veri mihi visum est simillimum, Etymologi vice vers subsidio niti nos posse, ut ethnicographo vocis amissae parte saltem reddamus:

Κεφαλληνία. ἀπὸ Κεφάλου τινός, ὃς ἀκουσίως ἀνελὼ Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα [sic cod. Mill.] *ἔξεισι τῆ Ἀττικῆς καὶ σὺν Ἀμφιτρύωνι στρατεύεται κατὰ Τηλεβόων ἔπειτα δὲ ἐκ Λυσίππης ἔσχεν Πρόνον* [add. E. M. Milleri p. 184, quod tamen *Πρῶνον* habet] *Σάμον* [codd. *Σαμαῖον*] *καὶ Κράνιο* [codd. *Κραναῖον*] *καὶ Παλέα, ἀφ' ὧν οἱ ἐν τῇ Κεφαλληνί Προναῖοι, Σαμαῖοι, Κράνιοι, Παλεῖς προσηγορεύθησαν. οὕτω Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσείας.*

Videtur autem fuisse Epaphroditi ad Od. λ, 321 commen tarius, qui de Cephalo Procridis interfectore agit. Stephanum qui tam multa debet Epaphrodito eiusdem in hac voce neglexisse testimonium omnino non est credibile[48]).

Iam pauca haec exempla sufficere mihi videntur ad viam monstrandam qua longius procedendum sit; nunc addere liceat nonnulla de vocibus quibusdam restituendis, ubi res non ita in aperto est.

---

[47]) Cf. Niese: Rh. Mus. 32 p. 269. cf. etiam Eustath. 267, 42.

[48]) Fortasse debentur etiam Epaphrodito, quae leguntur in scholio Il. *B*, 631 A. Parum diligenter locum tractavit Luentzner l. l. p. 43.

Legimus enim Stephani s. v. *Δελφοί· ἐκλήθησαν δὲ Δελφοί, ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς*, quae verba sane in brevius contracta expectare nos cogunt narrari, quocum Apollo una fecerit navigationem. Verba autem, quae exciderunt, cum restitui omnino non possint, id tantum dicam, plenam ante Stephanum Orionem exhibuisse narrationem [49]).

De Caystro deinde fluvio quae praebet Stephanus pauca sunt, multo uberius est E. M. 493, 40:

Κάϋστρος, ποταμὸς Λυδίας ἀπὸ Καΰστρου. Κάϋστρος δέ ἐστιν υἱὸς Πενθεσιλείας, τῆς Ἀμαζόνος, ὃς ἐν Ἀσκάλωνι ἔγημε τὴν Δερκετὼ καὶ ἐξ αὐτῆς ἔσχε τὴν Σεμίραμιν, ἥτις καὶ τὰ Βαβυλώνια τείχη κατεσκεύασεν.

Eadem inveniuntur in epimer. Il. *B*, 461 [Cramer: A. O. 1, 235] pauca etiam habet Eustath. 253, 25, quae omnia videntur desumpta esse ex scholio quodam homerico, in codicibus nunc deperdito. Cf. Diod. II, 4, 2 et 3. Serv. Aen. 11, 661. Eadem fortasse res est in voce *Σαγγάριος*, ubi pauca atque grammatica tantum leguntur apud ethnicographum. Equidem enim vix crediderim acquievisse Stephanum his in rebus, sed potius eo processisse eum existimo, ut eodem pacto quo scholiastes ad Ap. Rh. *B*, 922, quem exscripsit Etymologus, Hermogenis utitur testimonio, eundem afferret scriptorem, quem commemoravit s. v. *Ἀζανοί*.

Animadvertit iam Meinekius s. v. *Σαμάρεια* Stephani verba

---

[49]) Orionis verba, quae exscripsit E. M. sunt: *Δελφίνιος, ὅτι Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ ἀποικίαν στελλομένῳ ὁ Ἀπόλλων ὁμοιωθεὶς δελφῖνι προηγήσατο τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισαίου κόλπου καὶ ἐκεῖ κατοικήσας ὁ Κασταλίου υἱὸς Δέλφις* [codd. *ὁ Καστάλιος οὗ ὁ υἱὸς Δ.*] *ἐπεκράτησε τῶν τόπων. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Δελφοὺς ἐκάλεσε* [E. M. *ἐκάλουν*] *τοὺς ἐνοικοῦντας καὶ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐνιδρύσατο. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὁ δελφὶν εἰς τὴν ναῦν ἦλθε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον ἐπήδησεν εἰς τὴν θάλασσαν.* Etymologi verba corruptelam fortasse traxere: duae enim narrationes videntur esse confusae, altera, qua a Castalii filio Delphi nomen acceperunt, altera, quae a delphino ipso navem prosecuto oppidum appellatum esse memorabat. Stephanus ita rem videtur narrasse, ut delphinum in nave ipsa iter confecisse referret. Orionis autem vocis originatio deberi mihi videtur Heraclidi maiori, de quo conferas Kleist: De Philoxeni grammatici studiis etym. p. 22. Eadem fere praebet Tz. ad Lyc. 208, diversa vero schol. Aen: 3, 321 de Icadio.

supplenda fortasse esse ex Et. M. 708, 5; augmentum adde ipse non est ausus. Sed omnino non potest dubitari quin Ep phroditi apud Stephanum verba augenda sint ex Etymolo hunc in modum:

Σαμάρεια .... ἐμήκυνεν [*εἴρηται* (*γὰρ* vel *δὲ* addo) *ἀπ τοῦ σήματος τοῦ Ἄρεως. ὅτι ἐν αὐτῇ Ἄρης Ἀσκαλάφῳ τ υἱῷ τύμβον ἔχωσεν, ἐν ᾧ καὶ ἐπέγραψε τοῦτο·*

Σῆμ' Ἄρεως ἔτυμον βεβοημένον Ἑλλάδι φήμῃ | οὕνεκ' Ἄρ [*ταύτῃ*] *τέκνον ἔχωσε πόλει* [codd. *πόλιν*]. addit V: *τὰ δὲ ἀπ τῶν διὰ τοῦ εια θηλυκῶν ὀνομάτων προπαροξυτόνων διὰ τ ειτης γινόμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφονται. Σαμαρείτη Μαρωνείτης. Χαιρωνείτης. Καισαρείτης. Ἀπαμείτης. Ἀντι οχείτης*].

Quae desumpta esse ex scholio homerico Epaphroditi co latum docet schol. *O*, 112 BL, quod his augmentis amplifica dum est. Cf. Eust. 1009, 28. Luentzner l. l. p. 38.

Multo deinde difficilius est iudicatu de voce *Θρία*, qua inde a verbis *θριαὶ δὲ* in brevius esse contractam nemo no videt. Neque eo tendo, ut quae amissa sunt restituere con sive ex Et., sive quolibet alio ex fonte, verum unum ago, u testimoniis iuxta positis quantum in Stephano interciderit pe spiciatur:

Zenob. V, 75.	Steph. Byz.	Orion[50]) (An. Bekk. I, p. 265. cf. E. M. Hesych.
πολλοὶ θριόβολοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες. Φιλόχορός [fr. 196] *φησιν, ὅτι Νύμφαι κατεῖχον τὸν Παρνασὸν τροφοὶ Ἀπόλλωνος τρεῖς, καλούμεναι Θριαί ἀφ' ὧν αἵ τε μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται καὶ τὸ μαντεύεσθαι θριᾶσθαι. Ἄλλοι δὲ λέγουσι τὴν Ἀθηνᾶν*	*θριαὶ δὲ αἱ μαντικαὶ ψῆφοι, ἃς εὗρεν Ἀθηνᾶ. ἀχθόμενος δὲ τοὺς τοῦ Ἀπόλλωνος.... ἄπιστον ὁ Ζεὺς ἐποίησε τὴν διὰ τῶν θριῶν μαντικὴν εὐδοκιμοῦσαν. διὸ καὶ Ἀπόλλων ἔφη, πολλοὶ θριόβολοι.* - - - -	*Θριαί. αἱ μαντικαὶ ψῆφοι, τρίαι τινὲς οὖσαι τρεῖς γάρ εἰσι τὸν ἀριθμόν. Νύμφαι δ' ἐφεῦρο πάσας, ἐξ ὧν καὶ ἐκλήθησαν, εὑροῦσαι δὲ παρέσχον τῇ Ἀθηνᾷ, κα Ἀπόλλωνος αὐτὴν ἐγκαλοῦντος, ἡ Ἀθηνᾶ ἔρριψε τὰς ψήφους ἐν τόπῳ τῆς Ἀττικῆς. ἐξ ὧν ἐκλήθη Θριάσιον πεδίον. ὀνό-*

[50]) Vox excerpta est e Philoxeno, cuius nomen invenitur s. v. Θῶκος Paullo plura praebet E. M., multa vero confuso ordine.

εὑρεῖν τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. ἧς εὐδοκιμούσης μᾶλλον τῶν Δελφικῶν χρησμῶν τὸν Δία χαριζόμενον τῷ Ἀπόλλωνι ψευδῆ καταστῆσαι τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. πάλιν οὖν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοὺς Δελφικοὺς ἐρχομένων χρησμοὺς τὴν Πυθίαν εἰπεῖν. πολλοὶ --

ματα δὲ τῶν νυμφῶν τῶν εὑρουσῶν τάδε [exciderunt nomina] *Θρία τε τῆς συκῆς φύλλα, ἐπεὶ εἰς τρία διέσχισται.*

Brevi perspicimus ex Zenobii verbis, quid post *ἀχθόμενος τοὺς τοῦ Ἀπόλλωνος* apud ethnicographum excidisse putandum sit, quod fortasse fuit: *χρησμοὺς ὀλιγωρεῖσθαι.* [cf. Meinekii annotationem] deinde etiam cognoscimus enuntiatum verbo *εὐδοκιμοῦσαν* apte non concludi sed supplendum esse *μᾶλλον τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος* vel tale quid. Tum autem sequi debebat, nunciam ad Apollinis oracula diu neglecta denuo homines se applicasse. Neque, id quod etymologi aperte dicunt, taceri poterat, *θριάς* illas in Thriasia planitie a Minerva esse abiectas[51]). Ceterum conferas Lobeckii Agl. II, 814.

Aliud deinde adferam. Quem primo intellecturum esse obtutu putas, quid sibi velint Stephani verba s. v.:

Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἑβραίων, ἀπὸ ἀδώμου — ἄδωμα γὰρ οἱ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν — ὅτι ξανθὸν βρῶμα δοὺς αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς τὰ πρωτεῖα εἰλήφει: nisi qui Josephi [antiq. Iud. 2, 1] de Esaui nomine narrationem legisset, quae haec est: *Ἤσαυος -- τῆς Ἰδουμαίας ἦρχεν οὕτω καλέσας τὴν χώραν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ. --- ἔνθεν διὰ τὴν ξανθότητα τοῦ βρώματος ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν κατὰ παιδιὰν Ἔδωμος ἐκλήθη. ἔδωμα γὰρ οἱ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσιν.* E Stephano sane olim pleniore hausit E. M. p. 465. Cramer A. O. II, p. 378.

---

[51]) Quae apud Stephanum extant proverbia ea Philoni, qui ut Zenobius aequalis Lucillo Tarrhaeo usus sit, deberi iudicavit Niese (l. l. p. 28) pluribus demonstrare studuit Warnkross: de paroemiogr. graecis capita duo p. 30—39. Ex ipso Zenobio Stephani copias haustas esse maluit O. Crusius: anall. critica ad paroem. gr. p. 99 ann. 2. Locum, de quo dixi, tetigit Warnkross p. 37.

Sub voce denique *Λυκωρεία* pauca atque ea quidem brevi leguntur. Pleniora habes in E. M.:

Λυκωρεία, πόλις Δελφίδος, ἐν ᾗ τιμᾶται ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ Λυκώρου [St.: *Λυκωρέως*] *κτίσαντος αὐτήν, υἱοῦ Κωρυκείας, οἰκοῦντος* (sic Milleri cod. p. 208 pro *οἰκούντων*) *ἐν τῷ Παρνασῷ· καὶ τὸ παρακείμενον ὄρος ἐκάλεσε Κωρύκειον ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ μητρὸς Κωρυκείας.*

Quae cum etiam apud Pausaniam X, 6, 3, quo Etymologus nunquam usus est, inveniantur, hac ratiocinatione verum collig posse putaverim. Alexandrum Polyhistorem duos de oraculo Delphico libros, unum de Lycorea condidisse, quibus usus sit Pausanias [X, 6, 1. X, 6, 9] demonstrasse videtur mihi Maassius[52]) [de Sib. ind. p. 21 et ann. 51. p. 62], quem quidem fugit Etymologi locus cum Pausania conferendus. Novum igitur argumentum attulisse mihi videor, unde quae Maassius dixit augenda sint. Cet. cf. schol. Ap. Rh. 4, 1490.

Sed iam mitto coniecturas, quae de vocibus *Πέλλη*, *Πύγελα*, *Χῶνες* cet. se mihi obtulerunt, iam enim huius disputationis inde ab initio id agebam, ut quam certissima proferrem. Con-

---

[52]) Pauca et nobis liceat afferre, sane satis mira per se verum non ita comparata, ut plura inde colligere audeam. Alexandrum enim complures de rebus Creticis scripsisse libros scholiastes ad Ap. Rh. IV, 1492 dicit his: *Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος γενέσθαι Νάξον, ἐκ δὲ Ἑρμοῦ Κύδωνα, ἀφ' οὗ ἡ πόλις Κυδωνία καλεῖται ἐν Κρήτῃ.* Longe alia inveniuntur apud Pausaniam 10, 16, 5, qui Elyriorum narrationem secutus [cf. etiam Xenionis fr. 6. Müll. IV, p. 528] Phylaciden et Philandrum Apollinis et Acacallidis filios dicit. At idem semper sibi constans quasi non scripta legisset sed ex Cretensibus ipse audisset haec narrat in libro 8, 53, 4: *Κρῆτες δὲ οὐχ ὁμολογοῦντες τῷ Τεγεατῶν λόγῳ Κύδωνα μὲν Ἀκακαλλίδος θυγατρὸς Μίνω καὶ Ἑρμοῦ.* Aliunde autem de Cydone Acacallidis filio non constat. cet. cf. Ant. Lib. XXX, Narratio deinde ea, quam de Itono Amphictyonis filio tradiderit Alexander Armenidam fortasse secutus, extat apud schol. Ap. Rh. 1, 551. cf. infra p. 56. Res ipsa autem aliunde non confirmatur nisi ab uno Pausania. 9, 1, 1: *Ἴτωνον δὲ Ἀμφικτύονος εἶναι λέγουσιν.* cf. 5, 1, 4. 9, 34, 1. Haec ad ea, quae Maassius exposuit, addenda esse putavi.

tuli nonnulla ad Stephanum accuratius cognoscendum, plura fortasse reliqui. Iam eo me confero, ut Stephani auctores nonnulli qua via ac ratione tractandi sint altera disputationis parte edocere studeam.

De Theagene Macedone Apollonio Letopolitano Alexandro Polyhistore Stephani auctoribus.

Caricarum rerum scriptorum fragmenta, i. e. Leonis Alabandensis, Apollonii qui vulgo dicitur Aphrodisiensis, Philippi Theangelensis, Theagenis Macedonis, Alexandri Polyhistoris C. Müller suo more ita composuit, ut ea quibus scriptoris nomen praefixum erat colligeret, omitteret quae aliis de causis singulis scriptoribus tribuenda esse videbantur. [cf. fr. h. II, 328. IV, 310. 474. 510, 16.] Quorum de numero tres mihi sumpsi tractandos, Theagenem, Apollonium, Alexandrum, certa spe ductus fore ut duorum quidem scriptorum, Apollonii, Alexandri cum fragmenta exhiberem auctiora atque integriora tum indolem et ingenium adumbrarem accuratius. Quibus praemissis iam accedamus ad Theagenem, de quo pauca tantum doceri possunt.

Theagenes Macedo.

Unus qui extat locus ubi Caricas res scripsisse dicitur Theagenes invenitur Stephani s. v.

Κασταλία, πόλις Κιλικίας. Θεαγένης ἐν Καρικοῖς [53]).

---

[53]) Perperam iudicavisse mihi videtur Heckerus [Phil. V, p. 417] laudatus a Stiehlio [Phil. IX, p. 505] cum *Θεαγένης* mutaret in *Θεαγγελεύς* Philippum illum Theangelensem significans. At Philippi Stephanus omnino non fecit mentionem neque Philippus ille unquam simpliciter *Θεαγγελεύς* ut e. g. Demetrius *Σκήψιος* appellatur.

Quo de frustulo cum vix quidquam collecturi simus, pauca ea quae de scriptore in universum explorari possunt breviter afferam. Laudatur enim a duobus potissimum scriptoribus Parthenio [erot. c. 6] et Stephano [s. v. *Παλλήνη*] eadem quidem de re, unde terminus ante quem ipse fuerit, circumscriptus est. Neque plura colligere licere mihi videtur ex fragmentis ipsis, quippe quae omnia fere res tantum fabulosas scriptorem memorasse ostendant [54]). Ceterum etiam hac in quaestione haud ita multum refert ut altius penetremus praesertim cum unum tantum Theagenis de Caricis rebus fragmentum servatum sit. Accedamus igitur ad alterum Stephani auctorem multo uberiora praebentem, diuturna iam oblivione obrutum, resurrectionem suam quodam modo expectantem, Apollonium dico Aphrodisiensem sive Letopolitanum.

Apollonius Letopolitanus.

Cuius viri de origine ac natione cum primum dicendum sit, solitum ordinem ac viam illam tritissimam relinquere liceat, quam qui in hominibus veteribus illustrandis sectantur eodem semper cursu eo tendunt, ut primum agant de vita deinde de scriptis, quo facto rem confecisse sibi videntur. Nostrum potius est, cum paucissima illa, quae de Apollonii vita et scriptis tradita sunt, tractaverimus inde concludere quae utique concludenda sunt, tum vero ex fragmentis, quae multo integriora exhibebimus, de scriptoris et aetate et tota scribendi ratione quam plurima colligere.

Ac de vita quidem Apollonii apud veteres duplex praesto est narratio:

Stephanus Byz. s. v.	Suidas.
Λητοῦς πόλις Αἰγύπτου …	*Ἀπολλώνιος Ἀφροδισιεύς,*

[54]) Unum est, quod addiderim. Herculis in campo Phlegraeo cum Gigantibus certamen iisdem fere verbis narrat Theagenes [cf. Steph. *Παλλήνη*, quacum voce coniungendus est Eust. ad Dion. 327] et Strabo p. 330, 25. 27. De Herculis in campo Phlegraeo, qui est in Italia, certamine dixerat Timaeus (Diod. IV, 21, 5. Müll. I, 195, 10) Jovis ipsius pugnam *περὶ τὴν Παλλήνην* narrat Diodor. V, 71, 4. ceterum cf. Eur. Herc. 1193. Pind. Nem. 1, 100. Isthm. 6, 48. Apollod. 1, 6, 1. Apoll. Rh. 3, 1227. Scymn. Per. 642. Hesych.

Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ περὶ Αἰγύπτου [55]). τὸ ἐθνικὸν Λητοπολίτης. οὕτω γὰρ Πολύστρατος [56]) καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ἀρχιερεὺς λεγόμενος ἀναγράφεται. [Mein.: ἀναγράφει.] ἀρχιερεὺς καὶ ἱστορικός. γέγραφε Καρικά, περὶ Τράλλεων, περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ.

Quibus de vitis homines docti ita iudicaverunt, ut Suidae verbis ceterum copiosioribus plus fidei tribuendum esse statuerent, iam enim d'Orvillius [Charitonis ed. p. 198 cf. Stiehle: Philol. IX, p. 485] Apollonium Aphrodisiade in oppido pontificem maximum fuisse dixit, secuto Meinekio, qui pro ἀναγράφεται scribi maluit ἀναγράφει.

Sed hanc coniecturam falsissimam esse existimo, nam verbum illud ἀναγράφεται per totum Stephanum consulto semper ita ponitur ut, id quod rectissime observavit Niese (De Stephani Byz. auct. p. 32), proprie de eis dicatur qui in indice aliquo enarrantur. Itaque cum de Stephani scriptura genuina vix dubitari possit, praeterea autem ethnicographi testimonium vetustate excellat, res profecto pro falsa fictaque non est abicienda. Neque etiam desunt certa quaedam vestigia, quibus ad Stephani testimonii illius ducamur originem.

Niesio enim auctore, qui de Philonis reliquiis e Stephano colligendis egregie disseruit [l. l. p. 30 sqq.] eo perveni, ut etiam hanc Apollonii vitam, quae verbum illud ἀναγράφεται Philoni usurpatum [cf. Steph. s. v. Ἄντισσα] praebet, Philonis libro περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκεν tribuendam esse putaverim. Quam rem veri esse simillimam nemo, qui Niesii argumentationem perlustraverit, negabit.

De Apollonii pontificatu illo maximo quem uno uterque testis consensu tradidit, quamvis falsa adhuc prolata sint, iudicatu non tam difficile est. Cogitavit autem d'Orvillius Suidam secutus hoc munere eum functum esse Aphrodisiade.

---

[55]) Monuit me Wilamowitzius memorabile esse, quod hoc solo loco περὶ Αἰγύπτου dictum sit pro Αἰγυπτιακῶν. Sane, pro Λυκιακά vero duobus locis p. 380, 10. 423, 5 Stephanum habemus scribentem Ἀλέξανδρος περὶ Λυκίας.

[56]) De Polystrato illo nihil nobis notum est.

Quod si statueremus, *ἀρχιερέων* illorum magno de numero Apollonius fuisse iudicandus esset, qui permulti cum in Graeciae tum in Asiae minoris titulis commemorantur[57]). Sunt enim hi *ἀρχιερεῖς τῶν Σεβαστῶν*[58]), *ἀρχιερεῖς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ*, *ἀρχιερεῖς τῆς Ἀσίας* sive *Ἀσιάρχαι*, nuncupatur *ἀρχιερεὺς τοῦ μεγάλου θεοῦ Διονύσου* (C. i. gr. 1738), *ἀρχιερεὺς τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν*, *Γαλατάρχης* (4016).

Qui quoniam omnes Romanorum demum aetate inveniantur in titulis, hoc ipso etiam tempore Apollonius fuisse putandus esset. At aliter res se habere mihi videtur. Optimum accepimus Philonis testimonium Letopolitanum i. e. Aegyptium fuisse Apollonium. In Aegypto autem multo ante Romanorum imperium *ἀρχιερεῖς* illos fuisse cum Manethonis docet exemplum tum tituli ipsi ostendunt, velut celeberrimus ille lapis Rosettinus [C. i. gr. 383]: *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ προφῆται* —, titulus Lycopolitanus (C. i. gr. 4707: *Ἀπολλώνιος .... ἀρχιερεὺς γενόμενος*. 4902 (cf. Letronne: Recueil des inscript. grecques et latines de l'Egypte II, p. 25) *Ἐράτωνος τ[οῦ] συγγενοῦς καὶ ἀρχ[ιερέως] καὶ [ἀρχι]προφήτου τῆς μεγίστης θεᾶς Ἴσιδος τῆς ἐν Φίλαις*.

Rectissime autem statuit Letronne (l. l. II. p. 25. 26. 27) Isidis pontifices maximos in titulis Philaeis iam Lagidarum aetate inveniri natione Graecos, quamvis anno a. Chr. 453 simplices Isidis sacerdotes et prophetae Aegyptii fuissent; Julii Vestini deinde e pontificatu, qui *ἀρχιερεὺς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου πάσης* sub Hadriano fuit, collegit Letronne (I, p. 279) Lagidarum iam aetate fuisse sacerdotem totius Aegypti maximum, „ministre des cultes“ ut perhibet ipse, quod munus Romanos deinde recepisse. Sed hic pontificatus talis utrum fuerit necne ipse non quaero. Pontificatus autem ille Aegyptius nobilis sane videtur fuisse, quippe qui in titulis raro tantum appareat neque litterarum testimoniis multis prodatur, at vul-

---

[57]) Mommsen: R. G. V. p. 318 sqq. Marquardt: Roem. Altert. IV. 1. p. 374. ann. 5. Benndorf: Reise durch Lykien und Karien p. 72, 2. Le Bas-Waddingt. ad n. 885.

[58]) C. I. gr. 1242. 1247. 1271. 1306. 1318. 1328. 1357. 1363. 1364. 1370. 1375. 1408. 1428. cf. Dittenberger: Syll. 280. 288.

gare omnino fuit in Asia munus, quo permultos functos esse numerosi confirmant lapides[59]).

Gratissimum autem nobis eventurum esset, si certis argumentis Apollonii fragmenta fluxisse ex Alexandri excerptis possemus demonstrare. At quod probabile est id persuadendi vim non habere valde doleo. Terminum igitur post quem Apollonius fuit, vox Ancyra (cf. infra fr. 32), ante quem, Philonis testimonium nobis suppeditat. Suidae deinde testimonium, quod ad eundem Philonem redit ita coniungendum esse mihi videtur cum Philone, ut Apollonium Letopoli oriundum Aphrodisiadem venisse statuamus. Ceterum cf. infra p. 54. 55.

Quae deinde addidit Suidas de Apollonii *περὶ Τράλλεων*, *περὶ Ὀρφέως καὶ τῶν τελετῶν αὐτοῦ* libris missa facio, et quod his de scriptis certi nihil potest statui et etiamsi fieri posset ad nostram quaestionem inde vix quidquam redundaturum esset[60]). Iam cum cetera notatu digna ex disputationis partibus reliquis evasura sint ad fragmenta ipsa a Stephano servata nos convertamus, unde de scriptoris aetate et ingenio haud pauca addiscere nos posse opinor.

Apollonii *Καρικά*.

Fragmenta scriptoris ipsius nomine insignia, quae leguntur apud Müllerum [IV, p. 310 sqq.], si spectamus atque inde quid librorum de ordine ac dispositione colligere liceat quaerimus dolendum est quod nihil fere lucramur, primum enim nonnullorum oppidorum de situ velut Cyi, Hyllualae, Narcassi non constat, deinde etiam singulorum librorum fragmentis perlustratis vix possumus enucleari, quem itineris tenuerit cursum scriptor. Itaque ut de tribus, qui in principio erant, libris taceam, in libro quarto videmus Bargasam ad oram maritimam sitam commemorari, deinde etiam Hydissum, quod oppidum Plinio teste [n. h. V, 109] cum Trapezopoli et Aphrodisiade

---

[59]) Munere suo Apollonium quodam modo fuisse insignem Stephani verba *ὁ ἀρχιερεὺς λεγόμενος* demonstrant, quibus in sacerdotio illo Asiatico indicando ethnicographus vix foret usus.

[60]) Cf. Lobeck: Agl. p. 195, qui Letopolitanum et Aphrodisiensem duos esse autumat.

interioris erat Cariae, tum quoniam de libri VI oppidi Hylluala situ nihil habemus compertum, ab Idriade [VI fr. 8] traducimur ad Arconesum prope Halicarnassum sitam [Strabo p. 656 libri IX autem si premimus vestigia Tabas pervenimus, decimus deinde ducit nos Narcassum regionis incertae. Postquam denique IV libris, qui interierunt, interiectis ad Harpasum flumen Tabas ipsas praeterfluens perducti sumus, in libro XV invenimus Laginam, XVII Euromum, XVIII *Χωλὸν τεῖχος*, ita ut qua tandem via incesserimus certe non pateat. Unde evadit quamvis multa fragmenta sine nomine ac sede errantia Apollonio vindicare possimus tamen nos de rerum ordine constituendo summis versari in angustiis.

Fragmenta et pluribus tractanda et novis subsidiis augendi sunt haec:

Liber I.

1.

St. Byz. *Κουρόπολις, πόλις Καρίας. Ἀπολλώνιος Καρικῶν πρώτῳ. [τὸ ἐθνικὸν Κουροπολῖται.]*

De oppidi regione omnino non constat. Müllerum errore aperto etiam fr. 8 ad *Κουρόπολιν* traxisse ex Meinekii emendatione s. v. *Χρυσαορίς* evadit.

L. IV.

2.

St. Byz. *Βάργασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Βαργάσου τοῦ υἱοῦ Βάργης καὶ Ἡρακλέους, ὃν ἐδίωξε Λάμος ὁ Ὀμφάλης καὶ Ἡρακλέους, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ. [τὸ ἐθνικὸν Βαργασηνός, ὡς αὐτὸς ἑκκαιδεκάτῳ, ὡς Ἔδεσσα Ἐδεσσηνός --]*

3. [4. M.]

Ὕδη, πόλις Λυδίας, ἐν ᾗ ᾤκει Ὀμφάλη δυναστεύουσα Λυδῶν, Ἰαρδάνου θυγάτηρ, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ.

Produntur memoriae fabulae sane mirae neque notae aliunde; Herculis enim de filio Bargaso, a Lamo Omphales et Herculis nato in exilium pulso alias frustra quaesiveris. Lami autem etiam apud Diod. IV, 31, 8[61]) fit mentio, at alter Her-

[61]) Cf. cet. Sieroka: Die mythogr. Quellen für Diodors 3. und 4. Buch. p. 22—24.

culis e serva filius non Bargasus sed Cleodaeus[62]) ibidem nuncupatur; Palaephatus deinde [XLV] Herculis et Omphales filium Laomeden dicit, quem Apollodorus [II, 7, 8] Laomedontem dicit et e Meline natum esse commemorat[63]). Totam autem de Omphale fabulam pertexuisse scriptorem testimonio est fr. 3 [4. M.] Enarrabatur igitur Herculis et Omphales coniugium, Bargasi fuga, oppidum conditum. Pluribus vero Apollonium hanc de Bargaso fabulam persecutum esse novum fragmentum demonstrare mihi videtur quod quamquam fortasse non fuit in libro IV, tamen Apollonio vindicare non dubito.

Legitur enim apud Stephanum s. v.

4.

Κύαρδα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κυάρδου βασιλέως Καρῶν, υἱοῦ Βαργάσου. [*τὸ ἐθνικὸν Κυαρδεύς.*]

Sequitur

fr. 5. [5 M.]

Ὑδισσός, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ὑδισσοῦ παιδὸς Βελλεροφόντου καὶ Ἀστερίας θυγατρὸς Ὑδέου [*Ὑδέως* Salmas.] *ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ· „ἐξ ὧν ἐγεννήθη Ὑδισσός,* [*Ὕδης* cod. R. et Mein. *Ὕδις* Voss. Ald.] *ἐξ οὗ καὶ ἡ πόλις Ὑδισσός. ὁ πολίτης Ὑδισσεύς, ὡς αὐτὸς Ἀπολλώνιός φησιν.*

Iam his quantus fuerit scriptor in fabulis remotis adferendis apparet; nemo enim praeter Apollonium Bellerophontis et Asteriae filium Hydissum unquam commemoravit[64]).

Neque dubitandum est quin novo fragmento si non libri IV tamen in universum scriptoris copias augere possimus:

fr. 6.

St. B. *Βαργύλια*[65]) .. *πόλις Καρίας, ἣν Ἄνδανον οἱ Κᾶρές*

---

[62]) Perperam idem apud Eusebium pr. ev. II, 2, 25 a Dindorfio mutatus est in *Κλεόλαος*.

[63]) Panyassis [cf. schol. V. Ω, 616] Omphales et Herculis natum Acheletem videtur appellasse, Hellanicus autem Acelum Herculis et Malidis Omphales servae filium nuncupavit. fr. 102 M. Preller: gr. Myth. 2[2]. 283, 5.

[64]) Fischer: Bellerophon p. 41.

[65]) Cf. Strabo p. 611. 658.

φασιν, Ἀχιλλέως κτίσμα λέγοντες. ἔστι δὲ πλησίον Ἰάσου κ Μύνδου. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Βαργύλου, ὃς πληγεὶς ὑπὸ Π γάσου[66]) τελευτᾷ, Βελλεροφόντης δ᾽ ἀνιαθεὶς ἐπὶ τῷ ἑταίς πόλιν ἔκτισε Βαργύλια. καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλιακὸς κόλπ ἐξ αὐτοῦ. [ὁ πολίτης Βαργυλιάτης.]

Quae si quis cum ceteris de Bellerophonte quae circun feruntur fabulis comparaverit, nulla similitudine coniungi videb

fr. 7. [M. 3.]

Κύον, πόλις Καρίας. Ἀπολλώνιος τετάρτῃ Καρικῶν. πρότερον Κανήβιον. τὸ ἐθνικὸν Κυΐτης.

Nihil habeo quod addam de oppido uno nobis testimoni noto. Cf. ceterum Eckhel. d. n. II, p. 581.

Transeamus iam ad librum V ita quidem in re institut pergentes, ut incertae sedis fragmenta, quae cum singuloru librorum argumentis ratione aliqua conexa videntur esse con ponamus, deinde omnibus libris perlustratis afferamus ea, qua iam relicta esse putamus.

V. 8. [M. 6.]

Ὑλλούαλα, δῆμος Καρίας. Ἀπολλώνιος ε᾽ Καρικῶν „Κᾶρε δὲ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ἔνθα Ὕλλος ἀπώλετο, Ὑλλούαλαν ὠνό μασαν καὶ ἕδος ἐνταῦθα ἐδείμαντο Ἀπόλλωνος. καὶ νῦν ἔτ παρὰ τὸν νεὼν[67]) δῆμός ἐστιν Ὑλλούαλα λεγόμενος". ἄλα γὰ οἱ Κᾶρες τὸν ἵππον ἔλεγον ὡς καὶ πρότερον εἴρηται.

Ubi nova atque inaudita de Hylli in Caria morte acci pimus Carumque fabulas valde alienas a Graecorum fuisse narra tionibus novo testimonio discimus. Quae vero addit verba Stephanus ad oppidi nomen interpretandum, ea nos ad aliud Apollonii fragmentum reiciunt, quod hic inserere liceat.

---

[66]) Bargyliae nummos Pegasum volantem ostendere dicit Eckhel: doctr. n. p. I. vol. II. p. 578. 579. De Tarso autem oppido, Bellerophontis casu nobili, Alexandrum Polyhistorem dixisse in libris de Cilicia scriptis verisimile est. Eiusdem etiam de rebus Lyciis e libris desumpta mihi videtur esse narratio illa de Bellerophonte et mulieribus Lyciis [Plut. de mul. virt. Λύκιαι cp. IX.]

[67]) Ita iam Westermannus et Meineke pro codicum lectione θεόν.

9.

Ἀλάβανδα[68]) .... ἔστι καὶ [ἑτέρα[69])] πόλις Καρίας ...[70]) κτίσμα δὲ Καρὸς ἦν ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ κληθεῖσα τοῦ γεννηθέντος ἀπὸ Καλλιρρόης τῆς Μαιάνδρου μετὰ νίκην ἱπποµαχικὴν καὶ κληθέντος Ἀλαβάνδου, ὅ ἐστι κατὰ τὴν Καρῶν φωνὴν ἱππόνικος. ἄλα γὰρ τὸν ἵππον, βάνδα δὲ τὴν νίκην καλοῦσιν[71]). ὁ πολίτης Ἀλαβανδεὺς οὕτως (cf. Mein.) ἀναγράφεται.

Quae fabula cum per se stet, nihil addendum esse existimo, pergo igitur ita in cursu incepto ut huic voci populari ceteras, quas eidem Apollonio sine dubio debemus, addam.

Atque aptissime, cum semel Caris regis mentio iniecta sit, hic inseratur:

10.

Σουάγγελα, πόλις Καρίας, ἔνθα ὁ τάφος ἦν τοῦ Καρός[72]), ὡς δηλοῖ καὶ τοὔνομα. καλοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες σοῦαν τὸν τάφον, γέλαν δὲ τὸν βασιλέα. [ὁ πολίτης Σουαγγελεύς.]

Sequantur deinde ceterae voces, quibus γλῶσσαι Καρικαί continentur:

11.

Ἴμβρος, νῆσός ἐστι Θρᾴκης, ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ, ὃν Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες [ἔστι καὶ πόλις, οἱ οἰκοῦντες Ἴμ-

---

68) Quae secuntur verba ἥ ποτε Ἀντιόχεια falsa esse perspicitur e Stephano s. v. Ἀντιόχεια — ἥτις καὶ Πυθόπολις ἐκαλεῖτο. Deinde etiam quo tempore Alabanda nomen mutaverit, omnino non constat, omnes enim scriptores idem semper nomen retinent. cf. Eckhel d. n. p. 572. Tum sequitur Characis de Alabando heroe testimonium. (cf. Cic. de nat. deor. 3, 15, 19) cf. Müll. III. p. 644, qui perperam omnia quae s. h. v. leguntur tribuit Characi.

69) Prorsus non est credibile duas Cariae fuisse Alabandas, sed ut iam in verbis ἥ ποτε Ἀντιόχεια erravit Stephanus etiam hic falsa protulit

70) Omisi verba εὐτυχεστάτη ἀφ' ἧς ἡ παροιμία „Ἀλάβανδα Καρῶν εὐτυχεστάτη [πόλις] dubius, num Apollonio tribuenda essent.

71) Quae verba apud Stephanum secuntur pro interpolatis cum Meinekio sieci.

72) De Caris regis filiis infra videbimus. Fortasse re vera fr. 9 et 10 eiusdem erant libri, quo de Caris regno agebatur.

βριοι]. exscripsit Eust. 985, 57 ubi perperam legitur Ἴμβρασο recte idem praebet Ἴμβραμον in comm. ad Dion. Per. 52 Ceterum haec verba non ita interpretanda esse ut Carum impe rium etiam ad insulas Thraciae pertinuisse statuatur, Mercur Imbrii nomine edocemur, quem quidem Ὀρθάννης vocatum ess constat. [Cf. Bullet. de corresp. hell. VII. inscriptions de clérouques athéniens d'Imbros p. 166. 167. et Athen. p. 441 f ubi pro Ὀρθάνης codicem exhibere Ὀρθάννης nova Caibel collatione, ut me docuit Wilamowitzius, patefactum est.]

12.

Μάσταυρα, πόλις Λυδίας, ἀπὸ Μᾶς. Μᾶ δὲ τῇ Ῥέ εἵπετο, ᾗ παρέδωκε Ζεὺς Διόνυσον τρέφειν. καὶ ἡ Μᾶ παρ τῆς Ἥρας ἐρωτηθεῖσα τίνος εἴη τὸ βρέφος Ἄρεος ἔφη. κα παρὰ Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσαρις ἔνθεν ἐκλήθη. - - - Cf Lagarde Ges. Abh. p. 268.

Rectissime autem ad hunc locum annotasse mihi videtu Meinekius, non tam Xanthi e rebus Lydiis haec esse petit quam Alexandri Polyhistoris de Lydia et Caria commentariis At longius procedendum.

Alexander enim ille omnes fere undique coacervat scriptores eosque in suum usum compilat, suo vero iudicio, id quod infra etiam videbimus, nunquam fere nititur.

Apollonii autem aetatem supra circumscribere conati tertio a. Chr. n. saeculo tribuimus: unde etiam hanc rem miram per se non a Polyhistore pro nova narratam sed per Letopolitanum Alexandro traditam esse veri simile est. Sane enim refertur et fabula mira et vox prorsus incognita; ceterum Rhea Ἀμμά sive Ἀμμάς appellatur [73]). Cf. Strabo p. 650. Plin. V, 120.

13.

Κάττουζα, πόλις Θρᾴκης, ἐν ᾗ κατῴκουν οἱ Πυγμαῖοι. οἱ οἰκήτορες Κάττουζοι. ὅθεν δὲ τὰς γεράνους ὁρμᾶν, τὸ χωρίον

---

[73]) Cf. Lobeck: Agl. 582. 822. apud Hesychium et E. M. legitur Ἀμμάς. [altero E. M. loco: Ἀμμά. Ἀμμία.] Idem extat verbum apud Simmiam [Cl. Al. Strom V, 8.] Ἀμμός | Ἰγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἀλυκὴ ζάψ. sed ‚nutricis' induit mentionem. cf. Preller-Plew: Mythol. p. 528. ann. 2.

Ῥακώλην προςαγορεύεσθαι. ὑπὸ δὲ Καρῶν Τούσσυλοι ἐκαλοῦντο.

Carum vox popularis videtur demonstrare narratum fuisse ab Apollonio etiam hoc in oppido Cares collocasse coloniam.

14.

Μονόγισσα[74]) [*πόλις Καρίας ὅθεν* inseruit Berkelius lacunae codicibus indicatae] *Ἄρτεμις Μονογισσηνή. ἵδρυμα Δαιδάλου μετρ...*[75]) *γίσσα γὰρ τῇ Καρῶν φωνῇ λίθος ἑρμηνεύεται. καὶ νῦν τοὺς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους γίσσα λέγουσιν.*

Oppidi nomen, fabulae narratio, nominis derivatio nusquam legitur ita ut rem rara doctrina memorabilem Letopolitano haud dubitanter adscripserim.

Atque hae cum sint voces e Stephano petitae, breviter, id quod supra iam nobis proposuimus, percenseamus ceteras. Quarum quidem quae afferri potuerunt eas congessit Jablonski [opusc. ed. Te Water 1809. III, p. 94–102. Cf. Lagarde Ges. Abh. 200. 212. 268. 282]. Nec morantur nos voces illae Graecae apud Cares usitatae [*βοηδρομεῖν Κᾶρες ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν* Suidas. *κολαβρίζειν* Poll. 4, 14 et Hes. *ὀξυάκανθον*] neque Hesychii vox *Ἰδάρνας*, de qua nihil omnino constat [cf. Photium s. h. v.] neque Athenaei denique locus [IV, p. 177], quem exscripsit Eustath. 1157, 42, ibi enim vox Phoenicia non Carica nuncupatur [cf. et Hes. s. v. *Γίγγρος*]. Eadem mihi videtur esse res in voce *Κῶν*, quam pro *πρόβατον* dixisse Cares testatur E. M.[76]), quod fortasse Stephanum compilavit.

---

74) Meineke: *Μονόγισα* ex correctura Rehdigerani.

75) Meinekius opinatur: *πέτρων ᾠκοδομημένον.* Quam coniecturam probari non posse inde apparet, quod Dianae effigies artis statuariae non architecturae fuisse censenda est; accedit etiam, quod omnes statuae a Daedalo confectae ligneae erant. Fabulam autem de Daedalo aeque ignotam Alexander Polyhistor narrat apud Stephanum s. v. *Δαίδαλα.* Ceterum cf. Brunn: Die griech. Künstler. p. 14—20.

76) Legitur in. Et. M. s. v. *Ἄρνη. πόλις Βοιωτίας. ἔστι δὲ καὶ Θεσσαλίας. ἀπὸ Ἄρνης τῆς Αἰόλου. ὁ δὲ Κράτης φησὶ παρὰ τὸ ἄρνας. ἐπιτηδεία γὰρ εἰς τὸ ἄρνας τρέφειν ἡ πόλις; καὶ οὐκ ἀπεικός; ὁ γάρ αὐτός φησι καὶ τὴν Κῶν τὴν ἐπιτηδείαν πρὸς τὰ πρόβατα τοὺς ἐνοικοῦντας Κᾶρας οὕτως ὀνομάζειν τῇ οἰκείᾳ φωνῇ. Κῶν γὰς τὸ πρόβατον ὠνόμασαν.* Similia praebet

In universum autem Cares multa Graecorum verba sermon suo miscuisse auctor est Philippus Theangelensis apud Straboneŋ p. 662: *οὐδέ γε ὅτι τραχυτάτη ἡ γλῶττα τῶν Καρῶν. οὐ γά ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πλεῖστα Ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχει καταμεμιγμένα ὥς φησι Φίλιππος ὁ τὰ Καρικὰ γράψας.* [Cf. Meyer: Ge schichte des Altert. I. § 250 A, qui perperam scribit Phil Suangelensis.]

Glossarum illarum in fine ponatur nomen *Διὸς Ὀσογῶα* quem summis celebrabant honoribus Mylasensês. Quod nomei Graecis fuisse notum testantur Strabo p. 659 et Paus. 8, 10, 4 neque deest in titulis velut C. i. gr. II, 2693 f. *οὔσας ἱερὰς Διὸ Ὀσογῶ* et II, 2700. Cf. Le Bas: voyages en Asie mineure 3, 348 Höck: Kreta II, p. 295. 303. Kuhn: die Entstehung d. Städte d. Alten p. 258, 28.

Nec longius mihi disputandum esse putaverim de multi illis Carum nominibus, quae ex scriptoribus et titulis collegerunt Haussoulier [Bulletin de corr. hell. IV, 295—320] e Clerc [ibid. VI, 191—193]; nam quamvis ad unum fere omnia sátis sint memorabilia, velut *Ἄλγανις*, *Ἰμβάρηλδος*, *Τούνοβος Οὔασος*, *Πουνόμουα*, *Ζόνζολος* novam lucem neque ad ea, qua Apollonius nobis tradidit neque ad oppidorum nomina explicanda inde aspergi putaverim.

Revocemur igitur eo unde exorsi sumus, ad Apollonii fragmenta nota illustranda nova detegenda.

Tzetzes Lyc. 644, (nisi quod pro Cratete legitur *Κράτων* vel *Κρίτων*.) Etymologico usus quod saepe fecit. Müller (fr. IV, 370) adscripsit fragmentum Cratetis rebus Boeoticis, quorum unum tantum extat frustulum in schol. Hes. Theog. 5., Wachsmuth: de Crat. M. p. 41 Cratetis ad Il. *B*, 507 commentario. Uterque num iure fecerit, dubito, equidem enim putaverim pro Cratete scribendum esse ‚Nicocrates'. Vocem Etymologi fluxisse ex Stephano verba de Arne, Aeoli filia, et urbe Thessalica docent. Idem autem Stephanus s. v. *Βοιωτία* Nicocratem [ita cum cod. Vossiano contra Rehd. scribendum est, nam cod. Rehd. lectio *Νικόστρατος* vel ideo falsa est, quod ille scriptor longe aliis de rebus egit. cf. St. s. v. *Γάγγρα* erravit igitur Meineke.] affert de Boeoto, Neptunii et Arnes filio, testem. Fragmentum igitur pertinere puto ad Nicocratis *περὶ τοῦ ἐν Ἑλικῶνι ἀγῶνος* librum.

VI

nihil servatum est.

VII.

15a. [M. 8.]

Χρυσαορίς, πόλις Καρίας, ἡ ὕστερον Ἰδριὰς ὀνομασθεῖσα. Ἀπολλώνιος ἐν ἑβδόμῳ Καρικῶν „καὶ πρώτη πόλις τῶν ὑπὸ Λυκίων κτισθεισῶν [77]*)". τὸ ἐθνικὸν Χρυσαορεύς, ὡς αὐτὸς ἐν αὐτοῖς „Ταυροπολῖται μὲν συνεμάχουν* [*καὶ Χρυσαορεῖς* add. Mein.] *καὶ Πλαρασεῖς".*

Ad priora verba confirmanda facit

15b.

Ἰδριάς, πόλις τῆς Καρίας, ἡ πρότερον Χρυσαορίς. ἀπὸ Ἰδρίεω παιδὸς Καρός. [*ὁ οἰκῶν Ἰδριεύς.*]

De oppidi nomine paucis videtur esse disputandum. Nam cum Pausanias V, 21, 10 [*τὰ δὲ παλαιότερα ἥ τε χώρα καὶ ἡ πόλις* (sc. *Στρατονίκεια*) *ἐκαλεῖτο Χρυσαορίς*] Strabo p. 660 [*Καλεῖται δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν* (sc. *τῶν Στρατονικέων*) *Χρυσαορέων*] oppidum postea dictum esse Stratoniceam [78]) (cf. Steph. s. v. *Στρατονίκεια ... ἀπὸ Στρατονίκης τῆς Ἀντιόχου γυναικός*) valde memorabile est, quod et in fragmento, cui Letopolitani nomen praefixum est et in eo, quod iure eidem vindicasse mihi videor, tertium nomen prorsus desideratur. Tres igitur nobis patent viae: aut quae de Stratonicea ab Antiocho [79]) condita s. v. *Στρατονίκεια* apud Stephanum leguntur, Apollonio tribuenda sunt aut postquam Letopolitanus libros suos edidit oppido novum nomen demum inditum est aut Idriadem oppidum,

---

[77]) Meinekii lectionem probat etiam Stiehle: Phil. 9, 485.

[78]) De Chrysaorensium et Stratonicensium nomine conferas Böckhium ad C. i. gr. 2, p. 473. cui oblocutus est Droysen: Hell. III, 2, p. 281. Kuhn: Die Entstehung der Städte der Alten p. 256. Deinde etiam C. I. A. II, 967, 56. legitur: . . . *ων Παιωνίου Χρυσαορεὺς ἀπ' Ἀντιο* - - 970, 35. *Χρυσαορεὺς ἀπὸ Ἀλαβανδῶν.*

[79]) Antiochus I rex erat inde ab anno 281—261, unum deinde factum, quod Apollonius non ex fabulis sed rebus vere gestis hausit, Gallorum contra Ptolemaeum expeditio, non excedit annum 266: unde fieri fortasse potest ut intra annum 266 et 261 oppidum conditum sit.

quippe quod alio atque Stratonicea loco prope Mylasam situm esset, (cf. titulum Apellae a Wilamowitzio editum in Isyllo p. 117. 123) partem olim fuisse Chrysaoridis, quae multa oppida velut Stratoniceam complectebatur. Atque hanc quidem quam mihi exposuit Wilamowitzius sententiam proxime ad veritatem accedere censeo.

Deinde etiam ea, quae Herodotus 1, 173 et Strabo p. 573 de Cretensibus [80]) Sarpedonis ductu in Asiam transgressis atque Lyciam occupantibus dicit nunc ab Apollonio tenemus aucta, nam de Lyciorum in terram vicinam expeditionibus nova nunc accepimus. De Idrieo autem, Caris filio, nisi hoc loco mentio non inicitur.

Tum restat ut Stephani nonnullos errores significem. Videtur enim haud raro ethnicographus de Idriadis oppidi nomine falsissima protulisse. Scribit s. v. *Ἑκατησία. οὕτως ἡ Ἰδριὰς πόλις ἐκαλεῖτο Καρίας. ναὸν* [81]) *γὰρ τεύξαντες οἱ Κᾶρες τὴν θεὸν Λαγινῖτιν ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ φυγόντος ζῴου ἐκεῖ καὶ τὰ Ἑκατήσια τελοῦντες οὕτως ὠνόμασαν.* quae omnia sane non ad Idriadem pertinent, sed ad Laginam, quod oppidum commemoravit Apollonius in libro XVI. Sed idem miro quodam Idriadis nominis amore ductus vitium commisit Stephanus s. v. *Εὔρωπος .... ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας. ἣν Ἰδριάδα ἀπὸ Ἰδριέως τοῦ Χρυσάορος*, ubi Europus cum Euromo confusa est. [Cf. Niese l. l. p. 25.]

16. [M. 7.]

Ἀρκόνησος [82]), *νῆσος Καρίας. Ἀπολλώνιος ἑβδόμῃ Καρικῶν.* [*τὸ ἐθνικὸν Ἀρκονήσιος.*]

Arconesum prope Halicarnassum sitam fuisse iam diximus p. 38, plura colligi non possunt. Neque quae apud Stephanum s. v. *Ἁλικαρνασσός* leguntur veterum scriptorum testimoniis admodum plena Apollonii ulla vestigia indicant, quamvis urbem celeberrimam certe non oppresserit silentio.

---

[80]) Cf. Bachofen: D. lykische Volk. p. 14 et ann. 4.

[81]) Summis honoribus templum Hecates Laginensis apud Stratonicenses, qui ibidem conventus agebant, floruisse docet s. c. Laginense. (Bull. de corr. hell. IX p. 437—474.)

[82]) Cf. Stiehle: Phil. 9, 485.

L. IX.

17. [M. 9.]

Τάβαι, πόλις Λυδίας, περὶ ὧν ὁ χρησμός φησι πρὸς Πισίδας „ἄστυ Ταβῶν ἐριχυδὲς ἐλεύθερον οἰκίζεσθαι". καὶ Ἀπολλώνιος ἐνάτῳ „ἐδεήθησαν ὅπως αὐτοὺς εἰς Τάβας καταγάγωσι". [βαρύνεται δὲ ὡς Σάβαι, κύριον καὶ ἰαμβικόν]· ἐκλήθη δὲ ἀπο Τάβου. ὁ δὲ Τάβος ἥρως. — Quae secuntur apud Stephanum, addita a Müllero, equidem ut ab Apollonia aliena [83]) omisi. Perperam enim in prioribus verbis distinxit Stephanus Lydiae oppidum a Carico; nam Tabae in trium gentium, Lydorum, Carum, Phrygum confinio ita sitae erant, ut cuinam genti adtribuendae essent veteres nescirent. Cf. Strabo p. 570. 576. Verum perspexit iam Eckhel d. n. II, 591 [84]). Res ipsa nimia brevitate narrata commentario caret. Unum id apparet agi de Pisidarum incursione quadam, quam fortasse Tabenorum supplices ipsi precati sint. Pisidas autem cum Tabenis mixtos fuisse confirmat etiam Strabo p. 629 ... *καὶ τὸ Ταβηνόν, ἔχοντα πολίχνας μιξοφρυγίους ἐχούσας τι καὶ Πισιδικόν, ἀφ' ὧν αὐτὰ κατωνομάσθη.*

More suo deinde Apollonius oppidi conditorem addit fabulosum aliunde prorsus ignotum. Altera autem nominis derivatio, quae in proximis extat Stephani verbis, una cum Alexandri Polyhistoris testimonio de Peraeae oppido mihi quidem videtur indicare, totam vocem deberi Polyhistori.

L. X.

18. [M. 10.]

Νάκρασος, πόλις καὶ δῆμος Καρίας. Ἀπολλώνιος δεκάτῳ Καρικῶν. [ὁ δημότης καὶ ὁ πολίτης Νακρασεύς.] Codicum lectionem primus emendavit Holsten, emendationem confirmat Ptolemaeus V, 2, 16: *Λυδίας δὲ τῆς καὶ Μαιονίας πόλεις ..... Νάκρασα* et titulus quidam C. i. gr. 3522: *ἡ Μακεδόνων Νακρασειτῶν βουλή.* Cf. 2730 ubi Boekh pro *Ναράσου* scripsit *Νακράσου.*

---

83) Verbis *οἱ δέ φασιν* prorsus alia de oppidi origine narratio inducitur, quae ut Alexandro Polyhistore digna ita prorsus aliena fuit ab Apollonio.

84) Cf. Kiepertum apud Franz: Fünf Inschriften in Kleinasien p. 30.

Ceterum de oppido, cuius regio prorsus incognita est, quid esset statuendum nemo adhuc exploravit[85]).

XI—XIV desiderantur.

XV.

19. [M. 10 a.]

Ἅρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ, πρότερον Δαφνοῦς καλουμένου. εἴρηται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ. οὕτως ἱστορεῖ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν. [τὸ ἐθνικὸν Ἁρπασεὺς ὡς Μύλασα -] -

Ex duobus testimoniis (Steph. Et. M.) unum conficiendum esse monstravi p. 11. Ceterum novum accipimus eundem scriptorem, qui voces populares tam religiose ad oppidorum nomina explicanda exploraverit, ratione vere Graeca ex nomine ipso explicationem sibi finxisse. Oppidi ceteri testes sunt Liv. 38, 13 Plin. n. h. V, 109: Harpasa adposita fluvio Harpaso Q. Smyrnaeus 10, 144.

XVI.

20. [M. 11.]

Λάγινα, πολίχνιον Καρίας. Ἀπολλώνιος Καρικῶν ἑκκαιδεκάτῳ. τὸ ἐθνικὸν Λαγιναῖος καὶ Λαγινίτης καὶ θηλυκῶς Λαγινῖτις. quibuscum componendum: Ἑκατησία. . . *ναὸν γὰρ (?) τεύξαντες οἱ Κᾶρες τὴν θεὸν Λαγινῖτιν ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ φυγόντος ζῴου. ἐκεῖ καὶ τὰ Ἑκατήσια τελοῦντες οὕτως ὠνόμασαν. [ὁ πολίτης Ἑκατήσιος.]* Vocem in brevius contractam esse ex verbis illis *ἀπ. τ. φυγ. ζ. ε.* apparere mihi videtur, in quibus nominis derivatio inest satis breviter indicata. Digna certe est antecedenti non minus inepta. Cet. cf. Strabo p. 660 et huius disputationis ann. 81.

---

[85]) Non consentit Meinekius de his testimoniis afferendis, sed praefert *Νάκαρσος*. Sed cum de oppidi situ nihil omnino habeamus exploratum, dubitandi nulla mihi videtur subesse causa. Fortasse enim inde quod Lydiae oppidum dicit Ptolemaeus colligere licet duarum provinciarum in confinio fuisse Nacrasum.

XVII.

21. [M. 12.]

Εὔρωμος, πόλις Καρίας, ἀπὸ Εὐρώμου τοῦ Ἰδριέως[86]) *Καρός.* [*τὸ ἐθνικὸν Εὐρωμεύς.*] *Ἀπολλώνιος ἑπτακαιδεκάτῳ Καρικῶν.*

De situ oppidi ex Strabone p. 663. 658. Plin. 5, 109[87]) constat, non item de conditoris nomine, quod unus Apollonius affert. Cuius cum nunc extremum legerimus fragmentum conditoris alicuius nomine insigne, ceterorum etiam conditorum nomina in unum conferre liceat.

22.

Δασκύλιον, πόλις Καρίας ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Ἐφεσίας, ἀπὸ Δασκύλου τοῦ υἱοῦ Περιαύδου. [Mein.: „nomen suspectum".]

Fabula inter eas est, de quibus, id quod in Apollonio certe non mirum, altum aliunde est silentium; commemoratur enim Dascylus, Tantali et Anthemoesiae, Lyci filiae, filius, quem Bithynis imperasse, Herculis socium fuisse fabula fert [Ap. Rh. 2, 776. schol. 2, 724. 752. Hyg. f. 14]; proditur etiam memoriae Lyci filius Dascylus [Ap. Rh. 2, 803. 813], Periaudae vero nunquam.

23.

Μύλασα[88]), *πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου τοῦ Χρυσάορος τοῦ Γλαύκου τοῦ Σισύφου τοῦ Αἰόλου.* Bene haec videntur quadrare ad ea, quae s. v. *Χρυσαορίς* leguntur. Chrysaoris oppidum a Lyciis Chrysaoris regis ductu conditur, ab eius filio nova quaedam colonia Lyciorum.

24.

Εὐωνύμεια, πόλις Καρίας. ..... ἀπὸ Εὐωνύμου τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ.

Liberius in hac voce tractanda versatus sum, quippe qui

---

[86]) Cf. p. 47.

[87]) Eurome. cet. cf. Polyb. XV, 2, 3, XVIII, 27, 4, XXX, 5, 11. Liv. 32, 33. 33, 30.

[88]) De Jove Cario a Mylasensibus culto cf. St. s. v. *Καρία*, quae Straboni p. 659 debentur.

verba intercedentia: ἔστι καὶ δῆμος Ἀθηναίων — ἢ Κηφισοί non coniunxi cum eis, quae supra scripsi. Neque coniungenda sunt, nam verba illa ἀπὸ Εὐωνύμου τ. Γ. κ. Ο., doctrina absurda satis insignia, ad oppidum Caricum solum pertinere possunt; ἢ Κηφισοῦ vero spectat ad Atheniensium pagum, qui, ut nomen ipsum indicat, sinistram Cephisi ad ripam situs erat.

25.

Θεμβρίημος, πόλις Καρίας, ἀπὸ Θεμβρίμου. [ὁ πολίτης Θεμβριμεύς.]

Berkel: Θέμβριμος. Ceterum cf. Mein. ann.

26.

Πιτάου πόλις, [πόλις add. Holst.] Καρίας ἀπὸ Πιτάου. Πίταος δὲ Φρύξ, Μίδου φίλος. [τὸ ἐθνικὸν Πιταεῖς.]

Unus oppidi testis est Plinius V, 107: Pitaium.

27.

Σαμυλία, πόλις Καρίας, Μοτύλου κτίσμα τοῦ τὴν Ἑλένην καὶ Πάριν ὑποδεξαμένου. [τὸ ἐθνικὸν Σαμυλιανός.]

28.

Κρυασσός, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κρυασσοῦ τοῦ Καρός. [codd. Κάρητος. Mein. Καρός vel Κούρητος.] Cf. Plut. virt. mul. p. 246 d.

29.

Πρυμνησία, πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Μίμαιθος [89]).

30.

Θεμισσός, πόλις Καρίας, ἣν ἔκτισε Δάδας. ἀπὸ Θεμισσοῦ παιδός, ὃν λύκοι διεχρήσαντο. [ὁ πολίτης Θεμισσεύς.]

31.

Μασανώραδα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μασανωράδου τοῦ Κινδαψοῦ παιδός. [τὸ ἐθνικὸν Μασανωραδεύς.]

De Syrna oppido infra cum de Alexandro Polyhistore sermo erit, dicemus. Omisi Ἄθυμβρα, quam vocem Stephanus debet

---

[89]) Πρυμνησσός apud Paus. V, 21, 11 Phrygum oppidum est. Pro Μίμαιθος scripsit Meineke collata v. Σύρνα: Δάμαιθος.

Straboni p. 650; aliam de hoc oppido fabulam habes apud Methodium, ignotum illum grammaticum, in E. M. s. v. Ἄκαρα [cf. Mus. Rh. 40. p. 374. 376], non attuli Τριόπιον, quam vocem ethnicographus aliis de fontibus sumere poterat velut ex Apollod. 1, 7, 4. Diod. 5, 57, ex Callimachi hymno in Cererem; neque Ἀστυπάλαια recepi, quippe quae Apollonii certa vestigia non praebeat.

32. [M. 13.]

Ἄγκυρα, πόλις Γαλατίας.... Ἀπολλώνιος δὲ ἐν ἑπτακαιδεκάτῃ Καρικῶν ἱστορεῖ Μιθριδάτῃ καὶ Ἀριοβαρζάνῃ νεήλυδας τοὺς Γαλάτας συμμαχήσαντας διῶξαι τοὺς ὑπὸ Πτολεμαίου σταλέντας Αἰγυπτίους ἄχρι θαλάσσης καὶ λαβεῖν τὰς ἀγκύρας τῶν νεῶν αὐτῶν καὶ μισθὸν τῆς νίκης εἰς πολισμὸν λαβόντας χώραν κτίσαι καὶ ὀνομάσαι οὕτως. τρεῖς δὲ πόλεις ἔκτισαν, Ἄγκυραν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον πλεονεκτήματος, τὴν δὲ ἀπὸ Πεσσινοῦντος τοῦ ἄρχοντος, τὴν δὲ Ταυίαν ἀπὸ τοῦ ἑτέρου ἄρχοντος.

Omnia tria oppida [90]) Gallorum ducibus non nominatis etiam Strabo p. 567 affert et Memnon p. 228a apud Phot. Bekk. Ancyra autem unde acceperit nomen, unus testatur Apollonius, cuius de foedere illo inter Gallos et Mithridatem icto narratio omnino non confirmatur aliunde.

Mithridates IV autem rex, cui successit Ariobarzanes [cf. Diodor. XX, 111, 4] regnum suscepit a. 302, vixit ἔτη τριάκοντα ἕξ, i. e. usque ad annum 266, quo Ariabarzanes rex factus est. Res ipsa autem ad bellum illud pertinet, quod cum Antiocho gessit Ptolemaeus Philadelphus, cuius quidem belli participem fuisse Mithridatem uno Apollonii testimonio proditum nobis est [91]). Pugna igitur Galatarum cum Aegyptiis ante annum 266 facta esse debet.

---

[90]) Pausanias I, 4, 5 nonnisi de duobus oppidis a Gallis occupatis, Ancyra et Pessinunte, verba facit ac subnectit fabulam de Midae ancora, unde oppidum appellatum sit.

[91]) Unum de Antiochi contra Ptolemaeum bello testimonium praebere Pausaniam I, 7 iam dixit Droysen III, 1, 272 ann. 1, qui quin fuerit bellum non dubitat. At monuit Wilamowitz [Antigonos p. 219, 40] hoc bellum cum Magae seditione cohaerere.

Sed, quaesiverit quis, quid haec ad Apollonii res Caricas pertinent? Respondeo haec. Galatas in decursionibus suis etiam Carum tetigisse fines, ita ut Themisonium usque penetrarent, Pausanias nobis testis est in X, 32, 4. In Cariae provinciae igitur rebus tractandis Apollonius Gallorum commemoravit incursionem atque de bello exposuit, quod barbari cum ipsius domino, i. e. Ptolemaeo, gesserint. Cariam autem ea tempestate Ptolemaei fuisse evadit ex Theocriti id. 17 v. 89: *σαμαίνει Λυκίοις τε φιλοπτολέμοισί τε Καρσί* intra annum 270 et 260 condito [91]).

Iam novo exemplo demonstratum est semper sibi constare Apollonium, quippe qui rem nobis prodiderit satis obscuram, nominis derivationem valde miram.

XVIII.

33. [M. 14.]

Χωλὸν τεῖχος, πόλις Καρίας, ὡς Ἀπολλώνιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Καρικῶν. τὸ ἐθνικὸν Χωλοτειχίτης.

De quo oppido nulla ad nos pervenit notitia.

Fragmentorum absolvimus interpretationem, nova, de quibus non potest dubitari, congessimus. Multa in Stephano restant nomina Carica [93]), quae fortasse ad Apollonium redeunt. Sed ex oppidorum illorum nudis nominibus adferendis vix quidquam redundaret ad Apollonium melius cognoscendum; quae omnia infra Alexandro Polyhistori adscribam, quem Stephano Apollonii testimonia suppeditasse credo.

Iam supra cum veri simile esse putaverimus, Lagidarum aetate Letopolitanum Isidis sacerdotem fuisse, nova nunc de tempore eius ratiocinatio accedit. Pentateuchum enim si non

[92]) Wilamowitz l. l. p. 220 a. 41.

[93]) Paucis absolvam quae leguntur s. v. *Καρικόν, τόπος ἰδιάζων ἐν Μέμφιδι, ἔνθα Κᾶρες οἰκήσαντες ἐπιγαμίας πρὸς Μεμφίτας ποιησάμενοι Καρομεμφῖται ἐκλήθησαν.* Narrationem fluxisse ex Aristagorae rebus Aegyptiis perspicitur e Stephani voce *Ἑλληνικὸν καὶ Καρικόν*.

universum Ptolemaei Philadelphi aetate Demetrii Phalerei auspiciis confectum tamen partem eius certe Alexandriae conscriptum esse hodie omnes fere homines docti consentiunt; pauci etiam, Aristeae epistolae quamvis non in omnibus rebus fidem habeant, tamen id retinent Demetrium consilii fuisse auctorem. [Cf. Schürer: Geschichte des jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi II, p. 697. 698 ann. 5.]

Deinde etiam neminem fugere debet, illa aetate canonem illum regum Aegyptiorum acceptum esse a Graecis et Cononem defectiones solis ab Aegyptiis servatas collegisse [verba attuli Senecae nat. quaest. VII, 3].

Studium igitur barbaras gentes cognoscendi ac proprietates earum indagandi cum Alexandriae natum sit neque fortasse sine Demetrio Phalereo, ducimur etiam eo, ut hoc ipso tempore eiusdem viri consilio atque auctoritate Apollonius ille sacerdos ad studia illa capessenda impelleretur[94]). Cariam autem regni Aegyptiorum circ. a. 270 provinciam fuisse constat. Quid igitur obstat, quo minus tunc ipsum, ut huius etiam gentis res ac proprietates accuratius pernoscerentur, Apollonio illud negotium commissum esse statuamus?[95])

Postquam scriptorem illum diu tenebris obrutum ac paene sepultum resurgere iussimus novaque in luce collocavimus, restat ut exponatur, qua via viri singularis ad nos pervenerit notitia. Apollonium enim ipsum legisse vix expectandus est Stephanus, sed omnia videtur Alexandro Polyhistori[96]) debere, quo re vera usum se esse ipse dicit s. v. *Γεδρωσία.* Neque

---

[94]) Exposuit breviter de hac re Wilamowitz in scholis acad.

[95]) Cf. Wilamowitz: Antig. p. 221. 316.

[96]) Mirum fortasse videtur, quod fere omnium, quae de Apollonio servata sunt verborum oratio recta est, quamuis, ut recte statuit Freudenthal [Al. Polyh. p. 15. 27] Polyhistor oratione plerumque utatur obliqua. Sed unum monuerim. E Polycharmi narrationibus Stephanus pauca nobis tradidit fragmenta, quae, ut primo videtur obtutu, ipse collegit. At eadem deberi Alexandri excerptis, perspicitur voce *Κράγος,* ubi Alexandri afferuntur verba, doctrina autem est Polycharmi [cf. Benndorf: Reisen durch Lykien u. Karien. p. 77].

solum in rebus Iudaicis [cf. Freudenthal Al. Polyhistor], sed etiam in Phrygiis, Ciliciis (cf. St. s. v. *Γάλλος*. *Ἀφροδισιάς*), Lyciis aliis auctores suos eundem composuisse et compilasse videmus. Per Alexandrum igitur Apollonii testimonia devenerunt in Stephanum atque eadem fortasse via Theagenis illud frustulum eo illatum est.

Alexander Polyhistor.

Iam cum perpauca apud Stephanum extare Apollonii fragmenta, quibus scriptoris nomen praefixum erat, cognoverimus, idem valet de Alexandri duorum librorum reliquiis, unde de totius operis ratione, ordine, consilio nihil lucramur. Itaque ad fragmenta ipsa iam me convertam, quae paullo accuratius inspicienda sunt.

Lib. I. (Mülleri 53.)

[schol. Ap. Rh. 1, 551. *Ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς Ἀμφικτυόνος υἱὸν Ἴτωνον ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι καὶ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ ᾱ τῶν Καρικῶν* (?) *ὑπομνημάτων*[97])].

1. (M. 54.)

Steph. *Καρόπολις, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος Καρικῶν πρώτῳ.*

Nihil de hoc oppido constat, verum videtur a Care rege haud raro iam nuncupato conditum esse.

---

[97]) Locum uncis inclusi, valde dubius num cum Müllero in Caricis historiis rem narratam fuisse statuerem. Codex enim Laurentianus, cui uni fides habenda est, habet *τῶν Κορίννης ὑπομνημάτων*, scholium editionis Flor. *Καρικῶν*. Vix autem explorari potest, qua ratione *Itoni* genealogia in rebus Caricis locum habere potuerit. Commemoratur quidem apud Stephanum s. v. *Ἴτων* Lydiae oppidum *Ἰτώνη*, dicitur Hercules apud Diod. IV, 31, 7 Itonorum latronum oppidum Omphales iussu diruisse, sed hoc ipsum oppidum eiusque conditorem ab Alexandro significatum fuisse probari nequit. At revocat nos Maassius [De Sibyllarum indicibus p. 22. et ann. 54, ubi recte fortasse Alexandrum citasse Armenidam opinatus est] ad similem quendam Alexandri librum, commentarium *illum* de Alcmanis geographicis conscriptum, unde *Κορίννης ὑπομνήματα* haud inepte explicantur.

2. [M. 55.]

Ναξία, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῳ περὶ Καρίας. [τὸ ἐθνικὸν Ναξιεὺς τῷ τύπῳ τῆς χώρας καὶ Ναξιάτης.]

Quo de oppido cum ceterum nihil habeamus compertum, conicere licet nomen derivatum fuisse a Naxo rege, quem Naxum insulam cum Caribus ex Latmia profectis occupasse dicit Diodorus V, 51, 3. Cf. Steph. s. v. *Νάξος*.

II.

3. [M. 56.]

Ἄμος, πόλις Καρίας, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας δευτέρῳ. [τὸ ἐθνικὸν Ἄμιος ....]

4. [M. 57.]

Ἄργιλος, πόλις Καρίας, [τὸ ἐθνικὸν Ἀργιλίτης] *ὡς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β'.*

5. [M. 58.]

Δύνδασον, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας β' „αὖθις δ' ἐπὶ Δύνδασον καὶ Κάλυνδα ὁρμῆσαι". [τὸ ἐθνικὸν Δυνδασεύς ...]

Alexandrum suo more alius cuiusdam scriptoris verba attulisse videmus, quae quo referenda sint non patet.

De Dyndasi oppidi situ nihil scimus; *Καλυνδικοὶ οὖροι* leguntur apud Her. I, 172. *Καλυνδέων νῆες* Her. 8, 87. Cet. cf. Polyb. 31, 15. 16. Strabo 651. Plin. V, 103.

6. [M. 59.]

Ἄλινδα, πόλις Καρίας, ὡς Πολυίστωρ. ὁ πολίτης Ἀλινδεύς.

Inter Stratonicen et Adessum situm fuisse testatur Ptol. V, 2, 20. Plin. V, 109: „Alidenses". Strabo 657 = Arr. 1, 23, 8.

7. [M. 60.]

Λάβαρα, πόλις Καρίας. Ἀλέξανδρος δευτέρῳ περὶ Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Λαβαρεύς - -

8. [M. 62.][98])

Τύμνος, πόλις Καρίας. ὁ πολίτης Τύμνιος. Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Καρίας δευτέρῳ.

Quod Müllerus deinde [fr. 64] inseruit, quae Stephani s. v. *Καβαλίς* leguntur, non recte fecit; nam Cabalis, si Stephano teste *πλησίον Κιβύρας* est, non Cariae sed Phrygiae videtur esse tribuenda[99]). Omisi autem *Τυμνησσός*, quod oppidum quamvis fuerit Caricum, alio Alexandri libro adscribendum est. [Cf. M. fr. 72.]

Iam accedo ad nova fragmenta detegenda, quorum numerus sane haud ita parvus est, sed multa continet, ubi unum tantum nomen accipimus. Alexandro igitur vindico Stephani nomina Carica, de quibus ab aliis scriptoribus vel perpauca vel nihil accepimus.

9a.

Βυβασσός, πόλις Καρίας, ἀπὸ Βυβασσοῦ νομέως περισώσαντος ἀπὸ θαλάσσης καὶ χειμῶνος εἰς Καρίαν ἐκπεσόντα Ποδαλείριον. τὸ ἐθνικὸν Βυβάσσιος. pluribus exornatur res:

9b.

Σύρνος[100]), *πόλις Καρίας. ἔκτισται δὲ ὑπὸ Ποδαλειρίου. ἐκπεσόντα γὰρ αὐτὸν εἰς Καρίαν σωθῆναι ὑπό τινος αἰγοβοσκοῦ καὶ ἀχθῆναι πρὸς Δαμαιθὸν Καρίας βασιλέα, οὗ τὴν θυγατέρα Σύρναν πεσοῦσαν ἀπὸ τοῦ τέγους ὑπ' αὐτοῦ θεραπευθῆναι. φησὶ δὲ οὕτως·* [? quis?] *„ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Δαμαιθοῦ τὸν Ποδαλείριον ἀφ' ἑκατέρου τῶν βραχιόνων αἷμα ἀφελόντα σῶσαι τὴν παῖδα, τὸν δὲ θαυμάσαντα συνοικίσαι αὐτῷ τὴν παῖδα. καὶ δοῦναι τὴν χερρόνησον. ἐν ᾗ δύο πόλεις κτίσαντα τὴν μὲν*

---

[98]) De *Μούμαστος*, quod falso inseruit Müllerus, vide s. v. *Σύρνα.* infra. fr. 9.

[99]) Cf. Hulleman: comment. de Corn. Al. Polyh. Misc. phil. et. paed. fasc. 1. 2. p. 115, qui ceterum parum accurate de omnibus Alexandri scriptis disserit. Vitiosum autem locum s. v. *Καβαλίς* quod attinet: *εἶναι δὲ τὸ γένος αὐτὴν Ὀλβίαν*, ipsa Alexandri verba ex excerpto aliquo allata esse opinor.

[100]) Hullem. l. l. p. 114. 3.

ἀπὸ [τῆς] γυναικὸς Σύρνον, τὴν δὲ ἑτέραν ἀπὸ τοῦ σώσαντος αὐτὸν νομέως [Βυβασσὸν καλέσαι]. [τὸ ἐθνικὸν Σύρνιοι. τὸ θηλυκὸν Συρνιάς.]

Iam primo nobis obtutu verba illa *φησὶ δὲ οὕτως* suspicionem movent, nomen scriptoris alicuius excidisse. Quem fuisse Alexandrum duae potissimum sunt causae. Alexandri enim mentionem facit Stephanus s. v. *Μούμαστος, ὡς Βούβαστος, πόλις Καρίας· Ἀλεξ. δευτέρῳ Καρικῶν*, quod falsum esse iam perspexit Meinekius, qui recte contendit, confusum esse a Stephano *Μούμαστος* et *Βούβαστος* sive *Βυβασσός*. Permultis deinde exemplis docuit Niese [l. l. p. 12—25], quot locis nominum formas similes inter se mutaverit ethnicographus. De Bybassi nominis autem forma parum constare docet Meinekius in ann. p. 457.

Alteram causam suppeditat nobis oratio obliqua, qua multis locis Alexandrum testes suos induxisse Freudenthalium exposuisse supra vidimus. p. 55 a. 96. Haec sufficiunt, quibus testimonium de Syrno oppido restituatur Alexandro, de re ipsa autem pauca etiam addenda sunt. Fabula enim tribus praeter ea nititur testimoniis, Theopompi, Pausaniae, Tzetzae. Theopompi autem frg. 111 M hoc est: *περί τε τῶν ἐν Κῷ καὶ Κνίδῳ ἰατρῶν, ὡς Ἀσκληπιάδαι καὶ ὡς ἐκ Σύρνου οἱ πρῶτοι ἀφίκοντο ἀπόγονοι Ποδαλειρίου.* Testimonii brevitas impedit nos quominus plura inde colligamus, sed fieri potuisse, ut Theopompus ab Alexandro exscriberetur, iure contenderis. Pausanias Alexandro se usum esse videtur mihi ostentare his [III, 26, 10]: *Ποδαλείριον δέ, ὡς ὀπίσω πορθήσαντες Ἴλιον ἐκομίζοντο ἁμαρτεῖν τοῦ πλοῦ καὶ ἐς Σύρνον τῆς Καρικῆς ἠπείρου φασὶν ἀποσωθέντα οἰκῆσαι.* Polyhistoris autem apud Pausaniam vestigia certa inveniri et Maassius [de Sibyll. ind. p. 19—21. Hermes 18, p. 335] suo iure contendit et ipse supra aliquot exemplis illustrare conatus sum, quamvis doctorum virorum sane multis sacrilegium quoddam videamur commisisse. Tertius accedit testis Tzetzes ad Lyc. 1047. 1048, cuius quidem quae antecedit narratio de oraculo Podalirio dato cum huc non faciat, satis habeo haec attulisse verba: *ὁ δὲ Ποδαλείριος ἐλθὼν κατὰ μὲν τὸν Λυκόφρονα ἐν Ἰταλίᾳ τελευτᾷ ἐκεῖσε, κατ' ἐμὲ δὲ τὴν Καρικὴν χερρόνησον ᾤκησε.* Apollodoro

autem narrationem deberi, Wilamowitzius opinatur [Philol. Unters. IX, p. 50 ann. 14] qui de tota Podalirii fabula h. l. exponit.

10.

Σκιρῖτις, ἡ δωδεκάπολις τῆς Καρίας. οἱ οἰκοῦντες Σκιρῖται. Cf. Benndorf: Reisen durch Lyk. u. Kar. p. 151.

11.

Ἀγορησός, πόλις Καρίας, κτίσμα Ἀργείων ἀποίκων. τὸ ἐθνικὸν Ἀγορησεύς .... δύναται καὶ Ἀγορήσιος ... Cf. fr. 15. Argivorum oppidum Cyrnum a Cyrno conditum affert Diod. V, 60, 5 (idem est atque Syrnus).

12.

Ἀθῆναι ... τρίτη Καρίας.

13.

Ἀλεξάνδρεια .... δεκάτη πρὸς τῷ Λάτμῳ τῆς Καρίας, ἐν ᾗ Ἀδώνιον ἦν ἔχον Πραξιτέλους Ἀφροδίτην.

14.

Ἀντιόχεια ... ἑνδεκάτη Καρίας, ἥτις καί Πυθόπολις ἐκαλεῖτο. Quae secuntur apud Stephanum verba fictam exhibere narrationem perspexit Droysen: Hell. III, 2, 270. cf. 279. Item falsa sunt quae s. v. *Πυθόπολις* leguntur.

15.

Ἄργος ... ἐνάτη Καρίας.

16.

Βαῖβαι, πολίχνιον τῆς Καρίας. ὁ πολίτης Βαιβαῖος.

17.

Βόλβαι, πόλις Καρίας, ἥτις Ἡράκλεια ἐκλήθη. Cf. *Ἡράκλεια ιθ'* fr. 24. Quae verba post *Καρίας* leguntur in codicibus *καὶ ποταμὸς Βολβαιώτης* primum nimis magnum intervallum inter *πόλις* et relativum intericiunt, deinde etiam fluvii nomen inusitatum ostendunt. Scribendum igitur censeo cum Berkelio: *ὁ πολίτης Βολβαιώτης,* sed extremo loco verba po-

suerim. Oppidum ipsum sub Latmo situm est. Cf. Mein. s. v. Ἡράκλεια. Hierocl. 687, 9.

18.

Δηλία, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν Δηλιεὺς τῷ τῶν Καρικῶν λόγῳ.

19.

Δῖα. ιη' Καρίας. Cf. fr. 44.

20.

Δίδυμον τεῖχος, πόλις Καρίας. Mysorum in finibus posuit Polyb. 5, 77, 8.

21.

Εὐμένεια. δευτέρα Καρίας.

22.

Εὐναί, πόλις Καρίας, ἐν ᾗ ποταμὸς Εὐναῖος. [τὸ ἐθνικον Εὐναῖος.]

23.

Ἡδύμη[101]), *πόλις Καρίας. [τὸ ἐθνικὸν Ἡδυμαῖος.]*

24.

Ἡράκλεια .... ιθ' Καρίας, ἡ λεγομένη Σαλβάκιος, μεσόγειος. Altera est Heraclea, cuius de nomine cum dubitavissent homines docti utrum *Ἀλβάκιος* an *Σαλβάκιος* scribendum sit, titulus C. i. gr. 2761: *ἀπὸ Σαλβάκης* et Hieroclis 688, 11 codices, qui exhibent *Σαλβακόνος* videntur effecisse, ut restitueretur *Σαλβάκιος*[102]). Cf. Suidam s. v. *Διογενειανός*.

25.

Ἴδυμα, πόλις Καρίας, οὗ καὶ Ἴδυμος ποταμός. Ptol. 5, 2, 20: *Ἴδυμος.*

---

101) Corruptam ducit Berkelius vocem ex *ἡ Σύμη*, perperam videlicet, agitur enim de oppido non de insula.

102) Ptol. 5, 2, 19. *Ἡ. πρὸς Ἀλβανῷ.* Eadem est fortasse Heraclea, de qua legimus s. v. *Πλειστάρχεια, πόλις Καρίας· ἥ τις καὶ πρότερον καὶ ὕστερον Ἡράκλεια ὠνομάσθη.* cf. Mein.

26.

Ἱεραμαί, πόλις Καρίας. [*τὸ ἐθνικὸν Ἱεραμεύς.*]

27.

Κυβασσός, πόλις Καρίας, ὡς Καβασσός. [*τὸ ἐθνικὸν Κυβασσεύς.*]

28.

Κύρβασα, ὡς Πήδασα Μέδμασα πόλις Καρίας. [*ὁ πολίτης Κυρβασεύς.*]

29.

Νινόη, ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιάς [cf. Steph. s. h. v.] *κτισθεῖσα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν* [*ἢ* Mein. *καὶ* Höck: Creta II p. 510] *Λελέγων· καὶ ἐκλήθη Λελέγων πόλις. εἶτα ἐκλήθη Μεγάλη πόλις. εἶτα ἀπὸ Νίνου Νινόη.* Cf. *Μεγάλη πόλις.* Ninum superasse Cares Ctesias narrat apud Diod. II, 2.

30.

Ξύστις, ὡς Σάρδις, πόλις Καρίας. [*τὸ ἐθνικὸν Ξυστιανός.*] Plin. 5, 109: Xystiani.

31.

Οἰκοῦς, Καρίας πόλις. [*τὸ ἐθνικὸν Οἰκούσιος.*] Oppidum prope Miletum situm. Cf. schol. Dion. Per. 825.

32.

Πεδιεῖς, πόλις Καρίας. [*τὸ ἐθνικὸν ὁμωνύμως ὡς Ὀδυσσεῖς ἢ Πεδιεύτης.*] —

33.

Πίγινδα ὡς Ἄλινδα Λάρανδα δῆμος Καρίας.

34.

Πισύη, πόλις Καρίας. λέγεται καὶ Πιτύη. Cf. *Πιτύη.* Eust. ad Il. p. 356, 2. Liv. 33, 18: Pisuetae. Mein.

35.

Πλάμος, πόλις Καρίας. [*τὸ ἐθνικὸν Πλαμεὺς τῷ χαρακτῆρι τῆς χώρας.*] Cf. fr. 37.

36.

Πολύαρα, πόλις Καρίας. [ὁ πολίτης Πολυαρεύς.] Cf. Polyb. 16, 11.

37.

Πύρινδος, πόλις Καρίας [τὰ εἰς ος καὶ εἰς α εἰς ευς ἔχει τὸ ἐθνικόν].

38.

Πύρνος, ὡς Κύρνος, πόλις Καρίας. [οἱ πολῖται Πύρνιοι.] Plin. 5, 103: oppidum Caunos liberum dein Pyrnos.

39.

Σίβδα, πόλις Καρίας. [οἱ πολῖται Σιβδᾶται. τὸ ἐθνικὸν Σιβδανὸς καὶ Σιβδίτης.]

40.

Σινδησσός, ὡς Τελμησσός, πόλις Καρίας. [τὸ ἐθνικὸν Σινδησσεὺς καὶ Σινδήσσιος.]

41.

Σώβαλα. πόλις Καρίας ... [τὸ ἐθνικὸν Σωβαλεύς.]

42.

Τέλμερα, πόλις Καρίας. [τὸ ἐθνικὸν Τελμερεύς.]

43.

Τένδηβα, πόλις Καρίας ἀρχαία. [τὸ ἐθνικὸν Τενδηβεῖς.]

44.

Χάραξ ... ἔστι καὶ Καρίας ἄλλη πόλις Χάραξ ἡ νῦν Τράλλις.

De Trallium et nominibus et regione veteres non consentiunt; Characis enim nomen nisi apud Stephanum non legitur; cetera vero apud eundem nomina sunt *Πολυάνθεια* Erymna [s. v. *Τράλλις* cf. Plin. 5, 108]; E. M. testimonium ex Stephano certe haustum exhibet s. v. *Εὔδωνος· τῆς ποτε μὲν Δίας τε καὶ Ἐρύμνης*[108]) *καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων.* Tralles multis

---

[108]) Tralles priore Erymnae nomine dictae cum adiacerent Maeandro,

nominibus dictas esse, inde explicatur, quod diversae eam occupasse nationes feruntur Strabone teste p. 648: *Λυδῶν ἅμα καὶ Καρῶν νεμομένων καὶ Ἰώνων Μιλησίων τε καὶ Μυησίων, ἔτι δὲ Αἰολέων τῶν ἐν Μαγνησίᾳ.* Fuit autem Lydiae oppidum, propter Cariae vicinitatem a Plinio huic provinciae vindicatum. Cf. Ptol. V, 2, 19.

45.

Τρίπολις .... Καρίας, ἡ νῦν Νεάπολις. Cf. Ptol. V, 2, 18.

46.

Ὑγασσός, πόλις Καρίας - - τὸ ἐθνικὸν Ὑγάσσιος - λέγεται καὶ Ὑγάσσειον πεδίον διὰ διφθόγγου, [ἀφ' οὗ καὶ Ὑγασσεύς.]

47.

Φώκαια - ἔστι καὶ ἄλλη πόλις τῆς Καρίας ἐν τῇ Μυκάλῃ. [ἐθνικὸν τὸ αὐτό.]

48.

Χρύση - - - καὶ τῆς Καρίας ἐν τῇ Ἁλικαρνασσίδι, Δώριον πεδίον.

49.

Πάταλος, νῆσος παρακειμένη τῇ Καρίᾳ, [τὸ ἐθνικὸν Πατάλιος καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ Παταλεὺς τὸ θηλυκὸν Παταληίς -]

Haec ea sunt, quae e Stephano enotari possunt, sane pusilla, si singula spectas, atque pretii admodum parvi. Neque enim quae exscripsi omnia ex Alexandro Polyhistore desumpta esse probari potest, sed haud pauca etiam Hecataeo, quem in Caricis oppidis enumerandis multum fuisse Stephanus docet, aequo iure adscripseris.

Complura deinde oppida omisi, velut Halicarnassum, Caunum, Hyllarimam, Theangelam, Labrandam, Miletum, Mycalen, Telmessum, Chalciam, *Φθίρ* [104]), vel quod de his apud Stephanum notissima tantum inveniuntur, vel quod aliis scriptoribus

Stephani s. v. *Βρυμναί, πόλις Λυκίας. Ἀλέξανδρος ἐν πρώτῃ Λυκιακῶν,* verba falsa sunt. Corrigendum est: *Λυδίας*, cuius provinciae oppidum in Lyciis historiis Alexander commemoravit.

[104]) Cf. schol. *B*, 868 AD, ubi ea leguntur, quae paullo mutata exhibet E. M. 792, 43. Cram. An. O. 2, 274. Eust. 368, 13. Tz. ad. Lyc. 1383. Hesych.

deberi videbantur[105]). Haec e Stephano, qui nunc est, colligi posse ratus composui. Supra autem cum quot ethnicographi lacunas ex Etym. M. restituere liceat perspexerimus, nunc eodem de fonte vocem repetam, quae sine dubio excidit in Stephani libris.

Nam cum frustra Heudoni, Carici fluminis, nomen in Stephano quaeramus, subsidio nobis est E. M.:

50.

Εὔδωνος, ποταμὸς τῆς ποτε μὲν Δίας τε καὶ Ἐρύμνης καὶ Λαρίσης, νῦν δὲ Τράλλεων καλουμένης τῆς Ἀσίας. ὅτι Λάβρανδος καὶ Πανάμορος καὶ Πάλαξος ἢ Σπάλαξος οἱ Κούρητες κατὰ χρησμὸν ἐπὶ τὴν Καρίαν ὁρμῶντες νυκτὸς ἐπικαταλαβούσης ἐπὶ ταῖς ὄχθαις αὐτοῦ κατεκοιμήθησαν. παρὰ τὸ εὐδῆσαι οὖν Εὔδωνον τὸν ποταμὸν ὠνόμασαν.

Scriptorem vocis de duobus nominibus Diae Larisaeque errare modo veri simile duximus. Restat narratio satis mira, cuius una tantum similis invenitur apud Diod. V, 60, ubi quinque Curetes e Creta in Chersonnesum Caricam profecti terrae occupatae quinque partes divisisse dicuntur. Studebat igitur Alexander, ut mihi quidem videtur, Labrandae vici exhibere nominis originationem coniunctam cum fabula illa absurda de Heudoni fluminis nomine. Neque omnino scriptor florilegus una narratione contentus fuisse expectandus est. Plutarchus enim, quippe qui Alexandro uteretur [cf. Al. Pol. fr. 26. 52. 150] in quaestionibus graecis [XLV] narrationem nobis praebet huc facientem:

51.

„Διὰ τί τοῦ Λαβραδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πέλεκυν ἠρμένον, οὐχὶ δὲ σκῆπτρον ἢ κεραυνὸν πεποίηται“; ὅτι Ἡρακλῆς Ἱππολύτην ἀποκτείνας καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ὅπλων αὐτῆς λαβὼν τὸν πέλεκυν Ὀμφάλῃ δῶρον δέδωκεν. οἱ δὲ μετ᾽ Ὀμφάλην

[105]) Inprimis id de Cauno valet, ubi Strabo exscriptus est. Telmessum omisi, quae vox debetur Polemoni. cf. E. M. 751, 27. fr. 35. Chalcia videtur esse Crateri. Neque recepi Tymnessum, quod oppidum, quamvis fuerit Cariae, tamen ab Alexandro in rebus Lyciis tractatum est. cf. fr. 72 M.

Λυδῶν βασιλεῖς ἐφόρουν αὐτὸν ὥς τι τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐκ διαδοχῆς παραλαμβάνοντες. ἄχρι Κανδαύλης ἀπαξιώσας ἑνὶ τῶν ἑταίρων φορεῖν ἔδωκεν. ἐπεὶ δὲ Γύγης ἀποστὰς ἐπολέμει πρὸς αὐτὸν ἦλθεν Ἄρσηλις ἐκ Μυλασέων [codd. *Μυλέων*] *ἐπίκουρος τῷ Γύγῃ μετὰ δυνάμεως καὶ τόν τε Κανδαύλην καὶ τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ διαφθείρει. καὶ τὸν πέλεκυν εἰς Καρίαν ἐκόμισε μετὰ τῶν ἄλλων λαφύρων. καὶ Διὸς ἄγαλμα κατασκευάσας τὸν πέλεκυν ἐνεχείρισε καὶ Λαβραδέα τὸν θεὸν προσηγόρευσε· Λυδοὶ γὰρ λάβρυν τὸν πέλεκυν ὀνομάζουσι.*

Res per se fere ipsa loquitur, quippe quae aliunde nobis non sit nota; deinde etiam vox popularis vel in primis significat Alexandrum auctorem. Qui unde haec sumpserit, non constat, sed novam illam de Hercule et Omphale narrationem si spectaveris, fiet probabile, narrationem ad Apollonium fortasse redire. Ceterum Iovis Labrandei bipenni armati effigiem exhibet nummus Caricus [cf. P. Gardner: The types of greek coins. Cambridge 1883. Pl. X, 22]. Cf. Höck: Kreta II, p. 296 [106]).

Fragmentis, quot indagari poterant, collectis restare mihi videtur, ut de controversia quadam, quae est Alexandri Polyhistoris de vita, proferam sententiam meam. Iam cum in simili re Suidam dissentire viderimus a Stephano sive Philone de Apollonii origine Aegyptia, eundem nunc habemus repugnantem scholiastae ad Apollonium Rhodium. Suidas enim Mileto oriundum fuisse tradit Alexandrum, schol. Ap. Rh. 1, 925 haec

---

[106]) Nominis Jovis Labrandei originatio prorsus alia legitur apud Aelianum. N. A. XII, 30. Agit sciptor de piscibus cicuribus, qui fuerint *ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Λαβραδέως Διὸς ἐν κρήνῃ* . . . . dicit de Carum inventis, pergit deinde his: *ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα τοῦτο ἀπὸ Καρὸς τοῦ Κρήτης καὶ Διός. Ζεὺς δὲ Λαβραδεὺς ὕσας λάβρῳ καὶ πολλῷ τὴν ἐπωνυμίαν τήνδε ἠνέγκατο ἔχειν.* Carem filium esse Cretae aliunde non constat, Pausanias 1, 39, 5. 40, 6, quem Stephanus sequitur s. v. *Καρία*, Phoronei eum filium dicit. Neque abhorret a veritate ineptissimam illam Labrandei Jovis nominis explicationem in alio Alexandri excerpto fuisse.

dicit: ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Χερσόνησος Καρίας, ἔνθεν ἦν Ἀλέξανδρος ὁ περὶ Καρίας γράψας[107]). Videtur autem in scholio subesse Philonis doctrina cuius vestigia iam supra detegere conatus sum; Philonem enim de Cariae oppidis in libris περὶ πόλεων disseruisse constat [cf. fr. 16 M.], unde probabile est, scholium e Philone repetitum esse, qui, si omnino de Cariae hominibus claris mentionem fecit, Alexandri utique immemor esse non debebat. Suidae igitur testimonium ita coniungendum est cum scholio illo, ut Alexandrum in Chersonneso Carica natum Mileti sedem habuisse statuamus.

Iam cum, quantum fieri poterat, paullo plura quam antea Alexandro concedebantur vindicare ei studuerim, unum restat ut addam. Quanta oblivione Polyhistoris reliquiae obrutae sint, nunc videtur patere nec dubitari potest, quin ea tantum fragmenta, quae scriptoris nomen in fronte gerunt, ad doctrinam Alexandri refingendam vix sufficiant. Quae de rebus Caricis demonstrasse mihi videor, eadem valent etiam de omnibus Polyhistoris velut de Lycia, Phrygia, Cilicia libris. Quorum fragmenta sane permulta cum lateant apud Stephanum, colligenda sunt atque singulorum singuli auctores explorandi. Tum aliquando, quo tendebat Freudenthal, perveniemus, non ut Alexandrum, qui instrumenti tantum vice fungitur, cognoscamus, sed multorum, qui a. Chr. n. fuerunt, rerum scriptorum imaginem teneamus accuratiorem.

De Menecrate Lyciarum rerum scriptore appendix.

Uno exemplo ea quae de Stephani fontibus investigandis disserui liceat augere, unde quam expedita facilique via procedere possimus clarius appareat.

---

107) Via ac ratione carent, quae de hac controversia dicit Hulleman l. l. p. 95 sqq., confundit enim cum Corn. Alexandro eum qui Myndo ortus erat, Wegeneri scilicet vestigia premens. cf. Müll. fr. h. III, p. 206. ar

Menecratis Xanthii, rerum Lyciarum scriptoris fragmenta quatuor leguntur apud Müllerum II, p. 343. In quibus invenitur unum haud indignum quod accuratius inspiciatur. Dicit enim Stephanus s. v. *Ἀρτύμνησος, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ξανθίων. τὸ ἐθνικὸν Ἀρτυμνησεύς. Μενεκράτης ἐν πρώτῃ τῶν Λυκιακῶν φησιν, ὅτι πολυανθρωπήσασαν τὴν Ξάνθον τοὺς πρεσβύτας εἰς τρία μέρη διελεῖν, τούτων δὲ τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν Κράγον ἐλθεῖν καὶ οἰκίσαι ἐν τῷ ὄρει λόφον στρογγύλον [κατοικίσαι,* quod codd. habent, deleo cum Salmasio] *καὶ καλέσαι τὴν πόλιν Πινάραν, ἣν μεθερμηνεύεσθαι στρογγύλην. τὰ γὰρ στρογγύλα πάντα πίναρα καλοῦσιν ....*

Videmus igitur Menecratem vocem popularem nobis tradidisse. Neque etiam apud Stephanum desunt aliae, quibus, quod nullius auctoris nomen est praefixum, Menecratem vindicare non dubito. Sunt autem hae:

Κάδρεμα, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων. ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φρυγμὸς ἡ πόλις.

Τύμηνα, κώμη Λυκίας. ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος τράγου οὕτως ὀνομαζομένου, ὃς ἀπαλλασσόμενος ἀπὸ τοῦ αἰπολίου ἤρχετο τὸν πώγωνα βεβρεγμένος, ᾧ κατακολουθήσαντες εὗρον πηγὴν ἔν τινι λόχμῃ. καὶ ταύτην καὶ τὸ χωρίον οὕτω καλέσαι.

Ὕλαμοι, πόλις Λυκίας - - - Ὑλάμους δὲ τοὺς καρποὺς φασι[108]).

Restat unum fragmentum, quo glossa Lyciorum continetur, Alexandri Polyhistoris nomine insigne. Vix autem quisquam Polyhistoris de rebus Iudaicis verbis semel iuspectis crediderit, unquam eum verum conscripsisse librum neque excerptis usum esse. Fragmentum est:

Πάταρα, πόλις Λυκίας. — Ἀλέξανδρος Σαλακίαν κόρην ἐξ Ὀφιονίδος φησὶ φέρειν ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν πατάρᾳ. εἶναι δὲ ταῦτα πέμματα λύρας τε καὶ τόξα καὶ βέλη, οἷς παίζειν νηπίους ὄντας. θεῖσαν δὲ τὸ ἄγγος ἀναπαύεσθαι κατὰ τὴν ὁδόν. ἄνεμον δ' ἐπιπνεύσαντα εἰς τὴν θάλασσαν βαλεῖν τὴν

---

108) Quae antecedunt verba: *εἶτα Διονύσιός φησι Τούβεριν καὶ Τέρμεριν* q. s. — scriptoris nomen exhibent, qui in indice Meinekii desideratur. Est enim Dionysius ille, qui *κτίσεις* scripsit; cf. Fr. hist. IV. p. 394, 4. Phot. s. v. *Τελμισσεῖς*, ubi hoc fragmentum inserendum est.